A
ULI
SIS.

ACTA. ACTORUM. VENERA
BILIS. CAPITULI. VILNENSIS
ANNO. DOMINI. MDL;.....

F43-211

ab Anō 1550

ad Annum 1560

Dbris 13.

1550

Continuatio Capituli Generalis Autumnalis

1.

ACTA VENERABILIS

Capituli Ecclesie Cathedralis Vilnen Sub Venerabilibus dominis Joanne Kuniczky et Joanne Virpkowski eiusdem ecclesie Canonicis et protunc eiusdem Capituli Procuratoribus Per me Nicolaum Troianum a Chrosniewicze artium Magistrum et authoritate Apostolica Notarium eiusdem quoque Capituli Scribam acticari et inscribi cepta. Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo

1° Acceptio et institutio Notarij Capit

Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo. Indictione octava die vero tredecima Octobris. Pontificatus sanctissimi domini nostri domini Julij divina providentia Pape tertij anno eius primo. Rndi ac Venles domini Joannes de Domanow Praeptus Vilnen. Josephus Jasienski Archidiaconus, Joannes Kuniczki Canonicus Plocen. Bartholomeus Cawnen. Mathias Kalieczki Praeptus Trocen. Joannes Wyrpkowski. Albertus Narborth. Stanislaus Narkuski Mgr. et Rmi domini Epi Vilnen Cancellarius, Prelati et Canonici Ecclesie Cathedralis Vilnen. pro Capitulo generali continuando et perficiendo in loco solite residentie Capituli congregati, ex unanimi consensu per vota omnium et singulorum facto. Ille Nicolaus Troianus a Chro-

Nicolaus Troianus à Chrosniewicze Clericus

Tom. III. 1840mo Ao à die 10 Xbr, ad 15m 9bris, Polonico idiomate expositus, studio Mamerti de Fulstin Herburtt Cnici Cathe Vilne, Custodis Zytomir, Sae Theologiae Doctoris mpr

Sniewicze

Lietuvos TSR CENTR. BIBLIOTEKA Mokslų Akademija

Его Шлекевичъ нотаріусъ Леги & реестрави

1е

1550.
8bris 13.

Capitulum Generale Autumnale.

Sinevicze clericum diœcesis Gnesnen. artium Magistrum et pro tunc Rectorem scholæ eiusdem ecclesiæ Cathedralis Vilnen. Sacra authoritate apostolica Notarium publicum presente ad residentiam suam personalem vocatum, in suum verum et legitimum Notarium Capitularem acceperunt et solemniter ordinaverunt, acceptoque a me corporali fidelitatis iuramento, in manibus Rndi ac Venerabilis domini Joannis à Domanow Præpti et Canonici eiusdem ecclesiæ Cathedralis Vilnen. tactis sacro sanctis evangelij scripturis, præstito omnes causas coram ipsis inter quascumque personas, etiam de gremio, motas et movendas scribendi atque actis Capitularibus ingrossandi, facultatem omnem et plenariam potestatem, cum omnium proventuum ad scribam Capitularem nunc et ante hac semper pertinentium et post hac pertinendorum perceptione concesserunt et realiter dederunt. Meque vigore præditi iuramenti corporaliter facti, ad huiusmodi officium Notariatus bene, fideliter, legaliterque exercendum, et ad sententias, consilia, tractatus, secreta et cætera Capituli dicta et decreta sub secreto retinenda, aliaque quæ fuerint necessaria facienda, astrinxerunt et obligaverunt, præsentibus dominis, meque Notario quibus sup.

Clericum Diœcesis Gnesnen. Rectorem Scholæ Cathedr. Notar. Apostolicum in Ibrium Capitulum constituerunt Iuramentum Fidelitatis cum omnibus proventibus ante hac spectantibus.

2. Actus faciendæ et reddendæ rationis per Dominum Præptum hospitalis Sanctæ Mariæ Magdalenæ

Anno quo supra, die vero Veneris xxvij Octobris, Coram Rndis ac Vtibus dominis Joane

à Domanow.

27. 8bris 1550 Capitulum Generale Autumnale 2.

a Domanow Prepto Vilnen. Josepho Jasienski Archidiacono. Bartholomeo Cawnensi. Joane Vyrpkowski. Stanislao Narkuski Mgro. Prelatis et Canonicis ecclesie Cathedralis Vilnen in loco solite residentie Capitulr congregatis. Constitutus personalit Venerabilis dominus Valentinus a Pilsno artium Magister Preptus sancte Marie Magdalene hospitalis ab instigatore officij, seu eiusdem Venerabilis Capituli procuratore requisitus de reddenda rone, de iure quotanis prestanda de omnibus proventibus ad predictum hospitale pertinentibus perceptis et expositis. petijt sibi ad huiusmodi reddenda ratione tempus prorogari et prefigi et obtinuit ad quindenam. hoc e ad feria quinta ante festum omnium sanctorum. ex decreto eiusdem Venerabilis Capituli

v. 15 pag.

3 Decretum intentandae actionis contra venerabilem dominum Albinum Cantorem et electum Suffraganeum Vilnen

Anno quo supra die vero septima mensis Novembris. ex decreto Rmi et Ill. domini Pauli. Dei gratia Episcopi Vilnen et Ducis Olschanen ac Rdorum dominorum Joanis de Domanow Prepti Vilnen. Josephi Jasienski Archidiaconi Domini Bartholomei Cawnen. Mathie Kalieczki Prepti Troeen. Joannis Vyrpkowski. Stanislai Ex Narkuski Mgri. et Rmi domini pro tunc Cancellarij. Prelatorum et Canonicorum Ecclesie Cathedralis Vilnen in curia Rmi Domini Capitularit congregatorum. movenda et intentanda erit actio. Rdo dno Georgio Albino Cantori et Suffraganeo Electo. occasione quorundam libellorum haeresis suspectorum huc Vilna advectorum. per instigatorem officij. aut cui hoc munus per Rmum

Capitulum in Palatio Episcopali

Libelli haeretici Vilnae advecti per Suffragan.

Dnum

1550
9bris 20. Capitulum Particulare

domini fuerit delegatum, et hoc quamprimum Idem Rdus dominus Georgius Albinus pro tunc absens vilnam venerit et vocatus in Capitulo personaliter comparuerit

4. Ocasione domus reseruatur actio Venerabili dominio Bartholomaeo contra Dominum Georgium Albinum Cantorem etc. vilnen.

In eodem Capitulo domini qui supra audita propositione venerabilis domini Bartholomei Cawnen Canonici vilnen contra Rdum dominum Georgium Albinum, occasione domus suae propriae dicentis se ab eodem praedicto dno Georgio Albino inquietari, reseruauerunt actionem eidem venerabili domino Bartholomaeo ad aduentum domini Albini in Capitulo comparentis

5. Mandatum ex decreto Capituli ad locanda praedia in Spilingi et Ponary

28. 9bris Anno quo supra die lunae xxviij Novembris Rndi ac venerabiles domini Joannes à Domanow praeptus vilnen. Josephus Jabienski archidiaconus. Bartholomeus à Cawno. Joannes Cuniczki, Mathias Calieczki praeptus Trocen. Joannes Vyrpkowski, Praelati et Canonici ecclesiae Cathedralis vilnen. in domo Venerabilis domini Cuniczki capituli congregati, dederunt mandatum cum plenaria potestate venerabilibus dominis procuratoribus pro tunc existentibus locandi praedia et tabernas in bonis suis Capitularibus Spilingi scilicet et Ponary et huiusmodi locationem seu locationis contractum actis Capituli inscribi iusserunt

In Domo Cancilarii

6. Pecuniarum ex laterificina collectarum per dominum Cuniczki Capituli procuratorem

24. 9bris
Xbris 2.

1550 Capitulum Particulare

3.

Procuratorē depositio et ex ea reliquum contributionis quod adhuc thesauro Regiæ maiestatis debebatur solutio.

In eodem Capitulo, prædictis Rndis ac venerabilibus dominis Prælatis et Canonicis præsentibus, Venerabilis dominus Kuniczki pro tunc eiusdem venerabilis Capituli procurator, realiter et in effectu reposuit summam pecuniæ centum scilicet et viginti sexagenas ex opera laterificinæ collectis, ex qua summa pecuniarum proventuum suorum propriorum Rndi ac Vtes domini decreverunt persolvere et persolverunt triginta et quatuor sexagenas reliquum contributionis adhuc thesauro Regiæ Mtis debitum, Reliquam vero pecuniam dominis procuratoribus in thesaurum Capituli deponi iusserunt

7. Satisfactio ratione ingressus domus per Rndum dominum Mathiam Kalieczki venerabili Capitulo facta.

Anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo Indictione octava, die vero secunda mensis decembris pontificatus sanctissimi domini nostri domini Julij divinâ providentiâ Papæ tertij, anno primo. Coram Rmo in Chro patre Rndis ac venerabilibus dominis Venceslao Dei gra Episcopo Samogitiæ, Joane Domaniewski præpto et archipresbytero, Josepho Jasienski archidiacono, Joanne Kuniczki, Bartholomeo à Cawno, et Joanne Vyrpkowski, Prælatis et Canonicis Ecclesiæ Vilnen Capitularit congregatis, Comparens personalit Rdus Mathias Kalieczki à Macolin Præptus Trocensis, Canonicus Vilnen Pultho vien etc. Serenissimi Principis et domini domini Sigismundi Augusti Dei gra Regis Poloniæ Ma-

Epp̄us Ipsens.

gni

1550
9br. 28

Capitulum Particulare

Magni Ducis Lithwaniæ etc. Secretarius, satisfaciens obligationi Venerabilis olim domini Nadbor Canonici Vilnen. q ipsum in medietate domus suæ murata Vilnæ in platea Canonicorum sitæ adscivit et assumpsit, ita q ipso domino Andreâ vita functo, in totius domus libera et integra possessione successurus, eaq pacifice possessurus esset vita sua durante, accedente unanimi consensu dominorum Prelatorum et Canonicorum in Capitulo generali, ad diem sancti Stanislai Episcopi et Martyris in Maio anno domini 1546. celebrando. Daturus tamen erat idem dominus Praeptus pecuniæ sexagenas duodecim numeri Lithwanicalis, eidem Capitulo ratione ingressus in ipsam domum ad quam summa fertur esse taxata, pro anniversarijs orationibus eiusdem domini Andreæ, Nadbor et praedecessorum eius, qui domum ipsam construxerunt convertenda. Quam iam pridem deposuisset, sed toto hoc tempore, et in aula sacræ Regiæ Mttis in regno Poloniæ, et Romæ apud sedem Apostolicam versatus est. De ea vero pecunia nec verbis nec lris se aut quempiam familiarium suorum requisitos esse asseruit. Eam hodie obligatione sua perlecta minime etiam requisitus grato ac libenti animo deposuit, petens mora hac excusata haberi. Et domini possessionem domus ipsius rata et grata habentes, allegationem et excusationem eius ut pote vera et legitima æquo animo ferentes pecunia ipsa numerat acceperunt et levaverunt, in manusq Venerabilium dominorum Joannis Kuniczki et Joannis

Wirzkowski

Capitulum Particulare

Vyrpkowski Procuratorum suorum ad servandum dederunt. Ipsum autem dominum Mathiam Preptum Trocen. et Canonicum Vilnensem quietarunt absolverunt liberumque fecerunt prout quietat absolvitque et liberum esse pronuntiant. ac litteras quietationis si opus fuerit sub sigillo Capituli illi dandas esse decreverunt.

8. Annus domini millesimus quingentesimus quinquagesimus primus.

Querella per Reverendum dominum Georgium contra Joanne Pokrziwnickij occasione difamationis facta.

Anno quo supra die veneris secunda mensis Januarij. Coram Rd. ac vtibus dominis. Venceslao Dei gratia Episcopo Samogitie. Bartholomeo a Cawno. Mathia Kalieczki a Marolin Prepto Trocen. Joanne Vyrpkowski. et Stanislao Gabriallovicz Narkvski Mgro et Rmi domini pro tunc Cancellario. Prelatis et Canonicis ecclesie Cathedralis Vilnen. in loco solite residentie capitulo congregatis. Comparens personaliter Rd. ac Venerabilis dominus Georgius albinus Suffraganeus electus et Cantor Vilnen. cum grani querella conquestus est. super nobilem Joannem Pokrzywniczki olim factorem bonorum suorum. quod ille tametsi sciret Rd. dominum Georgium albinum prefat. a Rmo in Chro pre dno Paulo Dei gratia Epo. Vilnen. etc. a sententijs excois. pro parte eiusdem Joannis Pokrzywniczki et con illum latis ob spem concordie ad certum tempus prefixum. absolutum esse. tamen spiritu nescio quo. presumitur tu quod temerario et frivolo. ausus est. predictum

1551.
Januarij 7.

Particulare Capitulum.

predictum Rdum dominum Georgium albinum per
litteras agranationis Comendario Ecclesiae Cawnen.
oblatas et deinde valvis templorum affixas di-
ffamare. Super qua quidem absolutione et diffa-
matione sufficiens testimonium litteris absolutionis
et litteris honorabilis Comendarij illius Ecclesiae
Cawnen. Rdis ac venerabilibus dominis predi-
ctis et me Nicolao Traiano Capituli Notario

Ibidem Rdus dominus Georgius albinus solemniter
protestatus est. se non recedere ab appellatione
non ita pridem coram Rmo in Chro domino Paulo
Dei gratia Episcopo vilnen. occasione quarundam
decem sexagenarum et septem quasi inique
predicto Joanni Pokrzywniczki ad indicatarum
interposita

9. Sententia inter laboriosos Nicolaum Ze-
likovicz et Riniecz Bubnovicz de Korzen
subditos V. Capituli iudicialiter lata.

Anno quo sup. die Mercurij septima Janua-
rij Rmus dominus Venceslaus Epus Samogitiae
et Rndi ac venerabiles domini Josephus Jasien-
ski archidiaconus. Stephanus Grabia Scholasti-
cus. Georgius albinus Cantor et Electus Suffra-
ganeus. Joannes Kuniczki. Bartholomaeus Cawnen.
Mathias Kalieczki a Marolin praeptus Trocen.
Stanislaus Narkowski Mgr. Prelati et Canonici
Ecclesiae Cathedralis vilnen. in Curia Rmi dni
Episcopi Samogiten. Capituli Congregati indi-
cialiter et per sententiam definitivam (auditis
utriusque partibus) condemnaverunt laboriosum Ri-
niecz Bubnovicz subditum Capituli de Korzen. pre-
stimonio vtis domini Joannis Vyrpkowski in pe-
na centum grossorum. quae vernaculo sermone.

Nawiązka

Capitulum Particulare.

Nawiczka de laborioso Nicolao Zelikowicz etiam Venerabilis Capituli subdito de praestimonio Vlis domini Mathiae a Macolin in spatio unius mensis a die latae sententiae persolvendo, eo quod ipse Rinicz Bubnowicz sua iniqua et iniusta delatione alias Possoka sua prodidit torturae alium subditum de eodem praestimonio Vlis domini Mathiae Canonici qui per unum diem iuxta consuetudinem tortus et tormentis examinatus occasione equae furtim praedicto Nicolao Zelikowicz ablatae nihil recognovit. Insuper suae Rdae ac Vlis dominationes decreverunt et mandaverunt eidem Rynicz Bubnowicz restituere mediam sexagenam praedicto Nicolao, quam ab eo acceperat pro delatione iniusta alias za possokę.

10 Contentio inter Reverendum ac V. dominum Georgium Albinum, et inter Joannem Pokrzywniczki in Capitulo facta.

Anno quo supra die Mercurij xiiij Januarij. Coram Rdis ac Venerabilibus dominis Stephano Grabia Scholastico Vilnen. et praepto Geranonensi Joanne Kuniczki Bartholomaeo Canonico, Mathia Calieczki a Macolin praepto Trocen. Joane Vyrpkowski, Stanislao Narcuski Myro Praelatis et Canonicis Ecclesiae Cathedralis Vilnen. in domo Vlis domini Joannis Kuniczki Capitulo congregatis personaliter comparens Rdus ac Venerabilis dominus Georgius Albinus Electus Suffraganeus et Cantor Ecclesiae Cathedralis Vilnen. oblata per suum procuratorem Citatione legitime executa contra Joannem Pokrzywniczki ad cuius Instantiam fuerat excommunicatus, eodem Joane Pokrzywniczki praesente petijt se absolvi et tandem facta solemni

Protestatione

1551.
Januarij 14. Capitulum Particulare

protestatione se tamq Epm electum no subesse iur-
dictioni suarum dominationum reponebat certa sum-
ma pecuniae inditialis per Rmum dominum Paulum
Episcopum vilnen eidem Joanni Pokrzywniczki adiu-
dicata volens et petens ne haec pecunia eidem Joa-
ni extradat, sed apud suas venerabilitates tene-
atur et servetur tantisper donec predictus Joannes
Pokrzywniczki iuri et liti sibi per eundem Rndum
dominum Georgium Albinum intentandae, occasione
quarundam ignominiarum, et occasione decem septem
sexagenarum pecuniae rotulo iuramenti adscripta-
rum parverit aut saltem cautionem de parvendo
dederit. Ob hoc et ceteras res inter predictas partes
contentione orta praefatus Vlis dominus Georgius
Albinus predicto Joanni Pokrzywniczki crimen fur-
ti obiecit, dicens illum no esse dignum illa pecu-
nia, sed potius furcam, tanquam furem et fidifragum
alias Sdrayczę y Zlodzieia. Ad haec Joannes Po-
krzywniczki vicissim dixit, Tu solus dignior es
furcam qui furaris uxores alienas, ob hoc pre-
dictus Rndus dominus Albinus facto in eum im-
petu eidem Joanni Pokrzywniczki alapam intulit,
Super qua re utrique facta est protestatio, haec
acta sunt in praesentia praedictorum Prelatorum et
Canonicorum capituli congregatorum, et Venlis
domini Joannis Strzebosz, legalis et Rmi domini Epi
vilnen pro tunc Notario. Et me Nicolao Tro-
iano Venlis Capituli scriba. Anno. mense. quibus sup.

II. Expeditio factoris Cameneczen in ab-
sentia venerabilis D. Joannis Vyrpkow-
ski Procuratoris Capituli

Anno quo supra die Veneris xiiij februarij
Rdi ac Vnlis domini Joannes de Domaniow Epus

Josephus

1551. Januarij 14.

Capitulum Particulare.

Josephus Jasienski archidiaconus, Joannes Kuniczki Bartholomeus à Cawno, Stanislaus Narkuski mgr Prælati et Canonici Ecclesiæ Cathedralis Vilnen. in domo Vnti domini Kuniczki capituli cogregati. propter absentiam vnti domini Joannis Vyrpkowski Canonici et procuratoris Capituli, mutuo acceperunt à Rndo ac Vnti domino Joanne à Domanow præpto et Canonico Vilnen. viginti tres cum media sexagenas pecuniarum numeri et monetæ lithwanæ pro expeditione factoris in Kamieniecz, et folliu fabrilia solutione in Kamieniecz per eundem factorem missorum, quas viginti tres cum media sexagenas pecuniarum, Venerabilis dominus Joannes Vyrpkowski quamprimum redierit, persolvere tamquam Capituli procurator in eadem moneta lithwana eidem Rndo ac Vnti domino præpto, realiter et in effectu debebit, ex thesauro Capitulo, iuxta decretum Rndorum dnorum pro tunc capituli cogregatorum.

in Domo Canonici

12 Terminus ad comparendum coram Rndissimo domino Episcopo Vilnen. et suæ Rmæ Paternitatis Capitulo Rndo D. Albino prefixus Anno quo supra die lunæ xviij februarij Rndi ac vnles domini Joannes à Domaniow præptus Vilnen. Josephus Jasienski archidiaconus, Joannes Kuniczki, Bartholomeus à Cawno, Joannes Vyrzpkowski, Stanislaus Narkuski mgr, prælati et Canonici Ecclesiæ Cathedralis Vilnen. In domo Vnti domini Kuniczki capituli Cogregati, Rndo ac Vnti domino Georgio Albino, electo Suffraganeo, et Cantori Vilnen. pro tunc in Capitulo exnti, prefixerunt terminum feria sexta comparendi personaliter coram Rmo domino Paulo Dei gra Episcopo Vilnen. et suæ Rmæ P. Capitulo, ad instantiam Rndi ac Vtis domini Joannis à Domaniow, præpti Ecclesiæ Cathedralis Vilnen.

Febr. 18.

in Domo Canci

Recondatio.

1551.
Febr. 23.

Capitulum Particulare

13. Reconciliatio domini Albini Suffraganei electi cum domino Joanne a Domanow Preposito et Canonico Vilnensi.

In Pñtia Eppi in Palatio

Anno quo supra xxiij februarij Corā Rmo dno Episcopo Vilnen. et Rmo domino Samogiten. ceterisq Rndis domis Josepho Jasienski archidiacono. Paulo Visschenski Custode. Mathia Kalieczki a Macolin prepto Trocen. Bartholomeo Cawnen. Joane Vyrpkowski. Stanislao Gabriattovicz Prelatis et Canonicis Ecclesie Cathedralis Vilnen in Curia Rmi Domini Episcopi Vilnen Constitutus personaliter Rndus ac Vnlis dominus Georgius Albinus Electus Suffraganeus et Cantor Vilnen. cum Rndo ac Venerabili dno Joanne à Domanow prepto et Canonico Ecclesie Cathedralis Vilnen occasione quorundam verborum per predictum Rnd. dominum Georgium Albinum contra Rndum ac Vlem dominum Joannem prepositum iniuriose dictorum et scriptorum reconciliatus est. facta tamen solenni illorum verborum inprimis revocatione, in presentia Rmorum ac Rndorum dominorum predictorum iuxta tenorem supplicationis in vernaculo sermone datam, cuius quidem supplicationis tenor est apud me Nicolaum Troianum. Capituli scribam qui omnibus his dum sic vt premissum est agerentur et fierent interfui.

14. Decretum taxatarum expensarum pro parte Joannis Pokrzywnicki, contra Reuerendum dominum Georgium Albinum

Anno quo sup. die veneris sexta Martij Rndus dominus Venceslaus Epus Samogiten. tamquam index Commissarius inter ceteros Commis. per Rmum in Chro prem dominum Paulum Brigrā Episcopum Vilnen. ad ferendam sententiam pro expensis pro parte Joannis Pokrzywniczki et contra Rndum dominum

designatus

Georgium

Georgium albinum in lite factis et insumptis. Rndos ac Venerabiles dominos Joannem à Domanow Prepositum Vilnen. Josephum Jasienski archidiaconum Paulum Viecheński Custodem. Joannem Koniczki. Bartholomeum à Cawno. Mathiam Calieczki à Macolin Preptum Trocen. Joannem Vyrpkowski. Albertum Narborth. Stanislaum Gabryallowicz Narkuski Magrum Prelatos et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Vilnen. in loco solitae residentiae Capituli congregatos requisivit et interogavit ad quam ne summa predictae expensae iuste taxari possent et debeant. Et suae Rndae ac Vntes dominationes praehabita deliberatione habitaque utriusque partis ratione, non ad maiorem summa predictas expensas, quam ad decem sexagenas grossorum numeri et monetae lithwanae taxandas et predicto Joanni adiudicandas, censuerunt et decreverunt. Me Nicolao Troiano Capituli scriba praesente.

15 Relatio seu responsum per V. Capitulum Rmo domino Episcopo Vilnensi super Contionatore dat. simulque à Rmo dno privilegiorum Ecclesiae requisitio, a Rndo vero domino Archidiacono Privilegij de prouentibus vicariorum disponen.

Anno quo supra, die Veneris xiij Martij Rndis ac venerabilibus dominis, Joanne à Domanow Prepto Vilnen. Paulo Viecheński Custode Joanne Koniczki Canonico Plocen. Bartholomeo à Cawno. Mathiâ Kalieczki à Macolin Prepto Trocen. Joanne Vyrpkowski. Albertho Narborth. Stanislao Gabryallowicz Narkuski. Prelatis et Canonicis Ecclesiae Cathedralis Vilnen. in loco solitae residentiae Capituli congregatis. Ibique de certis Ecclesiae negotijs

et potissim

1551.
Mar. 13.

Capitulum Particulare.

et potissimum hoc temporis articulo de Concionatore
quis nam scilicet ipse die parasceves et ceteris die:
bus et ceteris diebus paschalibus concionem sit ha:
biturus et facturus ex commissione et mandato Rev:
dissimi domini Episcopi Vilnen tractantibus, tres
ex gremio ~~vicar~~ Vicariorum Vicarij. Coram suis
Dominationibus personaliter astiterunt, suasque Do:
minationes suorum nomine confratrum cum gra:
vi querella requisierunt de privilegio, et de pro:
ventibus suis per Rdum dominum Josephum Jasieński
Archidiaconum Vilnen et plebanum in Vitepsko.
retento et retentis. Dixerunt praeterea praedicti
Vicarij sese nolle amplius Ecclesiae labores subire,
et sustinere, donec illis super digna et debita
mercede rursus et satisfactum fuerit. Quam pro:
positione utrae Domini auditam promiserunt se
in ea causa indilatam diligentiam facturos. et
tandem habitam deliberatione et mutua inter se con:
sultatione, timentes ne quis error et negligentia
in offitijs divinis fieret per silentium quod p:
dicti Vicarij promiserunt se facturos unanimi
Consensu ex votis omnium et singulorum facto, ad
omnia Rmo Dno ~~Paulo~~ Venceslao Episcopo Ha:
mogiten. Dum propter quaedam ardua negotia, ex
eodem Capitulo, cui etiam interfuerat: discederet
consentien et assensum praebente, decreverunt fi:
naliter hodie post completorium Rmum Dominum Vilnen
accedere, suamque Rmam paternitatem tamquam caput
Ecclesiae petere et monere, ut omnia privilegia a
Domino Custode accepta Ecclesiae restituat, simulque
ut privilegium Vicariorum quod de proventibus Vi:
cariorum deponit coram se et suis dominationibus si:
ne omni dilatione reponere Vnti domino Josepho.

Jasieński

Jasieński iubeat et mandet, vt ex eo quid vicarijs debeat cognoscere sua Rma P. et suae dominationes possint. Et vt illud privilegium deinceps cum caeteris in thesauro Ecclesiae tuto servari possit, alioqui si dominationes suae Rmum dominum Episcopum in hac re negligentes viderint, ex tunc decreverunt Rndum dominum Josephum Jasieński archidiaconum et plebanum in Vitepsko charitative prius monendum et postea censuris Capitularibus in eum ferendis compellendum ad praemissa fatienda. De Contionatore vero dixerunt se nolle quicquam constituere, eo quod negotium hoc ad solum Rmum dominum Episcopum pertineat et pertinet. actum anno mense die quibus supra.

16 Prefixio termini Reuerendo domino Georgio Albino etc. ad soluendas expensas iuditialiter Joanni pokrzywniczki adiudicatas.

Coram Eppo in Palatio. Anno quo supra die Veneris xvij mensis aprillis. Rmi ac Rndi ventesque domini Paulus Dei gratia Epus Vilnen. Venceslaus eadem gratia Epus Samogiten. dominus Josephus Jasieński archidiaconus. Paulus Vischeński Custos. Bartholomeus à Comno. Mathias Calieczki à Macolin. praeptus Trocen. Joannes Vyrpkowski. Stanislaus Narkucki, praelati et Canonici Ecclesiae Cathedralis Vilnen. in Curia suae Rmae paternitatis domini Episcopi Vilnen. Capitularibus congregati, audita querella nobilis Joannis pokrzywniczki contra Rndum ac Venerabilem dominum Georgium Albinum ob non solutionem tredecem sexagenarum et quadraginta grossorum iuditialiter sibi adiudicatarum, facta, per suam sententiam definitivam ex vnanimi omnium consensu promulgatam decreverunt et mandaverunt Rndo ac Vnti dno Georgio.

Albino

1551.
Apr. 7.

Capitulum Particulare.

Albino etc. pro tunc presenti ab hinc per duas hebdomadas tredecem gross sexagenas et quadraginta grossos predicto Joanni Pokrzywniczki, persolvere et realiter reponere, decem rone expensarum etc. aut cum quadraginta grossis ad summam eidem Joanni Pokrzywniczki prius adiudicatarum, pertinen sub certis penis, cum prefatum dominum Georgium Albinum, si huic sententie parere noluerit, forcum.

17. Decretum pro Vicarijs per suos Canonicos presentandis

In eodem Capitulo per Rmum dominum Paulum de Igrã Episcopum Vilnen. omnesque prelatos et Canonicos predictos, decretum est, ut ab hinc hoc est a die Veneris tredecima Martij et unum mensem, post ferias Petri et Pauli Apostolorum Prelati et Canonici quibus interest suum quisque Vicarium ad vacantem Vicariam Ecclesie Cathedralis Vilnen. presentet instituendum, ut sit mus integer Vicariorum. Quoniam si aliquis secus fecerit Vicariumque non habuerit, aut intra tempus prefixum presentare neglexerit, ex tunc Capitulum iuxta privilegij dispositionem de vicarijs huiusmodi providere tenebitur et debebit.

De Vicarijs instituendis.

18. Venerabili domino Alberto Narbort Prefigitur terminus ad comparendum in generali Capitulo pro feriis sancti Stanislai vernalis, et reponens Gierwiatens Wornianens Documentos

In eodem Capitulo per Rmum dominum Episcopum Vilnen. omnesque prelatos et Canonicos predictos

Decretum

decretum factum et promulgatum est. ut Venerabilis dominus Albertus Narborth Canonicus Ecclesiae Cathedralis Vilnen. omnia privilegia et monimenta, quae habet et habere se praetendit, ad suam Ecclesiam parochialem in Gerwiathi et eius filiam Vormiany. Coram sua Rma Ptte. omnibusque Praelatis et Canonicis Ecclesiae Cathedralis Vilnen. in Capitulo quali pro festo Sancti Stanislai proxime futuro celebrando, reponat reale et in effectu.

Gierwiaty y Normana była Plebania iedna

19. Designatio et expeditio Nuntij pro Synodo prouinciali Piotrkouiae celebranda

Psente Epo

In eodem Capitulo Rmus dominus Paulus Deigrã Epus Vilnen. cum omnibus Praelatis et Canonicis praedictis, pro tunc Capitulariter congregatis suo Capituliquo sui nominibus, decrevit Venerabilem dominum Mathiam Dobratyzki Ecclesiae Cathedralis Vilnen. Canonicum, pro sacra Synodo in regno Poloniae Pyotrkoviae pro festo Corporis Chri proxime celebranda mittendum, cum plenaria facultate, omnium negotiorum sibi in scriptis commissorum, coram eodem sacra Synodo per Rmum dominum ~~Epum~~ Archiepum Gnesnen. cum caeteris Provintiae suae Episcopis, exponendorum. Cui etiam pro itinere seu viatico decreverunt se daturos viginti sexagenas grae. Decem Rmus dominus Epus Vilnen. et alias Rdi dominum ex suo thesauro Capituli.

celebran

decre

20. Reuocatio procuratorum per Venerabilem et eximium dominum Doctorem Benedictum sacrae Regiae Mtis phisicum.

nolta

Anno mense die quibus supra, In eodem Capitulo

Consurgens

1551.
Apr. 7.

Particulare Capitulum.

Consurgens et astans Rndus dominus Mathias Kalinczki a Macolin praeptus Procen. et Canonicus Vilnen. Coram Rmo domino Paulo Dei gra Episcopo Vilnen. Praelatis et Canonicis superius expressis. tanta procur. Venerabilis et eximij viri domini Joannis Benedicti Canonici Cracovien. et Vilnen. Sacrae Regiae rettis phisici fecit intimationem revocationis et cassationem ex certis causis factae. Omnium procuratorum per suum principalem praefatum Venerabilem dominum Joannem Benedictum ad resignandum Canonicatum Vilnen. Venerabili domino Valentino Gluchowski occasione cuiusdam contractus constitutorum insinuans et petens eosdem productis ad hoc sufficientibus mandatis per publicos Notarios factis et scriptis. tam apud suam Rmam Paternitatem. quam apud Venerabile Capitulum Vilnen. pro revocatis et nullis. se se in ea coaintromittere voluerint. haberi. Praefatum vero Venerabilem dominum Valentinum Gluchowski vigore quoque eiusdem mandati seu mandatorum. petijt idem qui sup. dominus Procur. in Canonicatum praedictum. a sua Rma Pte. nullomodo investiendum. nec a Capitulo Vilnensi recipiendum. de quo solennit protestatus est. et hanc intimationem revocationis procuratorum praedictorum actis Capituli ingrossari fecit. Et si quid per praedictum dominum Valentinum Gluchowski intentatum et innovatum fuerit. pro irrito haberi petijt. praesentibus quibus supra et me Nicolao Troiano Capituli scriba praesente.

21. Capitulum generale anni domini Millesimi quingentesimi primi pro festo.

Divi

1551, Maij 9. Capitulum Generale majale 10.

Divi Stanislai per prelatos et Canonicos celebratum Anno quo supra, die vero nona mensis Maij Inditione nona, Pontificatus sanctissimi in Chro patris et domini nri domi Julij divina providentia Papae tertij foeli moderni, anno ipsius secundo, Capitulum gnale per Rndos ac Venerabiles dominos, Rmum dominum Venceslaum Beigram Episcopum Medniceum, Joanne de Domaniew praepositum vilneum, Paulum Vischenski Custodem, Georgium Albinum Cantorem et Electum Suffraganeum, Joannem Kuniczki, Bartholomeum Carmeum, Mathiam Kalieczki a Macolin praepositum Proceum, Joannem Vyrpkowski, Albertum Narborth, Stanislaum Narkuski Magistrum et Rmi domini Episcopi vilneum pro tunc Cancellarium, Prelatos et Canonicos Ecclesiae Cathedralis vilneum, ad pulsum maioris campanae in loco solitae residentiae congregatos, fuit inceptum et inchoatum. Et In primis Venerabilis dominus Joannes Vyrpkowski Canonicus et procurator Capituli, productam Citationem per edictum publicum cum omnes prelatos et Canonicos omnesque alios et singulos, sua communiter vel divisim interesse ad gnale Capitulum praetendentes, ante mensem legitime executa, petijt eos contumaces reputari et in eorum Contumatia ad celebrationem generalis Capituli procedi, prout fuit decretum et processum. In primis ita statuta quaedam Capituli per me notarium Capituli sunt perlecta, quorum Lectione finita Incontinenti Rndus dominus Georgius Albinus, Electus Suffraganeus et Cantor Ecclesiae Cathedralis vilneum movit negotium cum venerabilem dominum Bartholomeum Canonicum occasione domus qua actu possidet Venerabilis dominus Bartholomaeus praedictus, sese ad illam interesse habere asserens et verum se illius possessorem debere Jus, dominus Bartholomaeus praedicto negante, et condicente.

Responsum.

1551.
Maij 9.

Capitulum Generale majale

22 Responsum per sententiam definitivam Rndo D. Albino Suffraganeo Electo super petitione domus Venerabilis domini Bartholomei Capitulariter dat

Rndi ac Venerabiles domini predicti. die qua supra ad propositionem superius descriptam per Rndum dominum Georgium albinum Electum Suffraganeum et Cantorem Vilnen occasione domus contra Venerabilem dominum Bartholomeum Canonicum Vilnensem factam, per suam sententiam ex omnium et singulorum votis firmata decreverunt per sententiam definitivam Rndum dominum Georgium albinum predictam nullum ius habuisse neque habere posse in possessionem domus cuius est possessor Venerabilis dominus Bartholomeus predictus, eo quod Rndus dominus Suffraganeus nullis argumentis et probationibus certis circa huiusmodi negotia fieri et in acta inscribi solitis probare potest, sibi in solidum domum hanc seu partem illius fuisse datam. Nec sua dominationem dominum Suffraganeum electum domus illius potuisse fierique posse capacem, cum huiusdi fundi ad solos Canonicos et non ad Prelatos pertineant. Et esto quod dominus Suffraganeus sese illius domus per aliquot annos inhabitatorem fuisse asserit, ex eo tamen eum illius domus per aliquot annos possessorem esse et fuisse non sequitur, cum multi alienos in domos suas recipiant, non tamen propter hoc ius hospitalitatis iure hereditario privant. Quare Rndo domino Suffraganeo in hac causa rone domus perpetuum silentium imponimus. Venerabilem vero dominum Bartholomeum Canonicum verum domus illius possessorem pronuntiamus.

23 Controversie de loco seu stallo inter do-

minum

1551 Maij 9.

Capitulum Generale maiale

minum Custodem, et dominum Suffraganeum

Capitularis decisio

Eodem die primâ Capituli, Coram prædictis Rndis dominis ibidem Capitulum congregatis, Rndus ac Venlis dominus Paulus Vischensis Custos Ecclesiæ Cathedralis Vilnen. movit quæstionem contra Rndum dominum albinum Suffraganeum et Cantorem Vilnen. pro loco seu stallo sibi per eundem occupato. ibi multa domino Suffraganeo pro loco et dignitate sua dicte domini, dixerunt se domino Suffraganeo super ea re, dummodo ex Capitulo paululum secederet responsum dataros. habita itaque Rndi ac Venlis domini super ea re mutua inter se et deliberatione et consultatione tale responsum Rndo domino Suffraganeo die adhuc eadem se ex templo non recessisset, parati fuerunt, semperque sunt dare, cuius tenor fuit et est talis:

Rndi ac Venlis domini decreto circa electionem domini Suffraganei solemniter et Canonice in omnibus clausulis facto, accedente etiam consensu domini Suffraganei, inhærentes, dixerunt et dicunt, se nolle vel tantum unguem, à decreto semel Canonice facto discessuros. Immo decreto illi inhæreum, decreverunt Rndum dominum Suffraganeum, suo stallo ad Cantoris dignitatem pertinente debere esse contentum. Si verò suæ dominationi hoc stallum displicuerit, tunc habeat sibique deputet stallum extra chorum iuxta morem omnium suorum antecessorum, Cuius quidem decreti tenorem et copiam audiendi, et sese iuxta illud disponendi, Rndi ac Venlis domini prædicti Rndo domino Suffraganeo, nunc et semper se daturos dixerunt, seseque nunquam aliter facturos decreverunt

24. Sigilli Capituli Ecclesiæ Cathedralis Vilnen.

ad Privilegium

1551.
Maij 9.

Capitulum Generale majale.

Ad priuilegium eiusdem Ecclesiæ Vicariorum transumptum, impressio Sigilli,

Anno mensæ die quibus supra, per Rndos ac Venerabiles domios prælatos et Canonicos prædictos ad lras transumpti priuilegij Vicariorum Ecclesiæ Cathedralis Vilnen. lectas et revisas nulla suspitionis labe notatas Sigillum Capituli Ecclesiæ eiusdem Cathedralis Vilnen. ex consensu omnium prædictorum prælatorum et Canonicorum est appensum et impressum in mei Notarij eiusdem Capituli præsentia

25. Concessio prestimonij in Silhani Rndo ac eximio viro domino Bartholomæo Sabino sacræ Regiæ Mtis phisico et Vilnen. Canco.

Anno quo supra, die Veneris tertia Julij, Coram Rndissimis domino Valeriano Dei gra Episcopo Luceorien. et domino Venceslao eadem gra Epo Samogiten. Necnon Rndis ac Vnlibus dominis Joanne de Domanow, Prædpto Vilnen. Paulo Visenski Custode, Bartholomæo à Cawno, Mathia Kaliecki à Marolin prædpto Trocen. Joane Vijrpkowski, Albertho Narborth, Stanislao Narkuski Mgro, Prælatis et Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Vilnen. in tertia Ecclesiæ suæ negotijs tractantibus personaliter consurgens Rndus ac eximius dominus Bartholomæus Sabinus sacræ Regiæ Mtis phisicus, eiusdem Ecclesiæ Cathedralis Canonicus, à suis Rndis ac venerabilibus dominationibus petijt sibi dari in prestimonium villam Silhani post mortem olim domini Dobrowka eiusdem Ecclesiæ Canonici vacantem. Interim vnlibus dominis eiusdem Ecclesiæ Canonicis Albertho Narborth et Stanislao Narkuski Mgro de senioratu

notta.

et priori

Et prioritate in petenda prestimoniorum et domo-
rum optione solenniter protestantibus. Et domini
audita eximij domini Doctoris et Canonici petitio-
ne, et dominorum Canonicorum protestatione, domino
Doctori predicto villa Silhani, reservatis tamen
et salvis oneribus pro Capitulo eiusdem Ecclesie
Cathedralis ex eodem prestimonio spectantibus. Et sal-
va protestatione vnbilium dnorum Canonicorum predi-
ctorum ex decreto et consensu vnanimi Capituli facto
cum omnibus vsibus et fructibus in prestimonium
dederunt et concesserunt, et hanc concessionem pro maio-
ri et firmiori robore, actis Capituli inseri et in-
scribi voluerunt per me Notarium Capituli.

26. Protestatio quorundam Canonicorum Capitulariter facta de non admissione quorundam prelatorum in gremium Canonicorum.

Anno quo supra die Veneris x Julij, Rmis
domis, domino Valeriano Epo Lucorien. et do-
mino Venceslao Episcopo Samogiten. necnon Rdis
ac vnitibus domis, Joanne de Domanow Preposito
Vilnen. Paulo Vischenski Custode, Bartholomeo
Canonen. Mathia Kalieczki a Macolin Prepto
Troken. Joanne Vyrpkowski, Alberto Narborth. notta
Stanislao Narkuski Mgro, Bartholomeo Sabino Sa-
tre Regie Mtis phisico, Prelatis et Canonicis Ecclesie
Cathedralis Vilnen in loco solite residentie Capituli
congregatis, multaque de tuitione bonorum tractantibus.
Venerabilis dominus Joannes Vyrpkowski tamque Pro-
curator Capituli ex instigatione quorundam Canonico-
rum per modum interrogationis proposuit, quo nam iure
et quorum authoritate, quidam ex Prelatis in gre-
mium Canonicorum, quo ad participationem reffectionum

et Caeterorum

1551.
Julij 10.

Maiale Generale Capitulum

et ceterorum redditum ad solos Canonicos pertinentium essent admissi, quum huiusmodi admissio non simpliciter, sed cum certis conditionibus proventus Canonicorum non minuentibus, sed potius augentibus fieri soleat. Ibi primum Rmus dominus Valerianus Epus Luceorien. et Canc. Vilnen. dixit se nihil de hac praelatorum. Cum pote Rndi domini Josephi Jasienski, ecclesiae Vilnen. archidiaconi, et Rndi domini Pauli Vischenski Custodis eiusdem ecclesiae Cathedralis Vilnen. scire nec unquam antehac scivisse, et quo iure quorumque authoritate id factum esset, asserebat se plane ignorasse. Et quoniam huiusmodi praelatorum admissio in ius et gremium Canonicorum videbat suae Rmae Pti ~~facta~~ periculosa, et in praeiuditium multorum Canonicorum facta, solemnit sua Rma Patrnitas dominus Epus Luceorien. protestatus est in huiusmodi admissione se nunquam consensisse, nec hactenus consentire velle in omnium praedictorum praesentia, et mea Nicolai Troiani a Chrosniewicze Notarij Capitularis. Similiter et Rmus dominus Venceslaus Epus Samogiten. dixit se huic admissioni nunquam adfuisse, nec quicquam de ea, quae absente sua dominatione facta esset, scivisse nec scire velle, unde solemnit quoque dominatio sua protestata est, se propter has causas superius expressas non consentire neque consensisse in hanc praedictam praefatorum praelatorum admissionem. Ibidem ac eodem tempore Rndi ac Vles domini dominus Mathias Kaliczki a Macolin praeptus Trocen. Joannes Vyrpkowski Albertus Narborth, Bartholomaeus Sabinus Canonici ecclesiae Cathedralis Vilnen. propter easdem causas;

et alias

et alias solemnit protestati sunt, se de hac admis-
sione nihil penitus scire nec scire velle, nō cōsensis-
se neq cōsentire in omnium prædictorum, meaq Nota-
rij prefati p̄sentia, Ex adverso domini quibus de
hac admissione cōstabat, dixerunt se dominis protestā-
tibus super hac re in Capitulo gnali proxime fu-
turo responsum daturos. Causaq hanc ut pote in Ca-
pitulo gnali fctam in Capitulum gnale proximum
distulerunt Rmo domino Epo Luceorien stati post
huiusdi dilationē querente et in cōsultationē propo-
nente, an p̄dicti prælati sic admissi post facta
protestationē in huiusdi refectionum perceptione sint
tollerandi, aut prorsus amovendi, eisdq privandi
ante adventum Capituli generalis, de qua re nihil
pro eo tempore cōclusum est.

27. Decretum de tuitione bonorū hanievicze

In eodē Capitulo et eodē die, Rmi et Rndi dōi
qui supra, multa int se de tuitione bonorum Capitu-
li hanievicze tractan, quō scz in hac causa corā
sacra regia rite, cōn Generosum dōm vassil Ciesko-
vicz procedere debeant, decreverunt tādē hanc suam
iniuriam in bonis hanievicze, p p̄dictum dōm vassil
illat prius coram Rmo domino Epo vilnen exponere.
Et deinde una cum sua Rma dominatione domino Episco-
po vilnen querellam coram sacra regia rite contra
eundē prædictum dōm vassil ponere, et ea petere, quæ
iuris et iustitiæ fuerint.

28. Decretum ad monendum Reuerendum dominū Jasienski Archidiaconū vilnen ad reddendā rationē de plebanatu Vitepsko.

In eodē Capitulo et ibidē Rmi ac Rdi domi qui sup
Capitulū cōgregati decreverunt Rndum dōm Jasienski

Archidiaconum

1551.
Julij 17.

Capitulum Generale majale

Archidiaconum Vilnen. et Plebanum in Vitepsko requirendum et monendum ut coram suis Rndis dominationibus feria sexta proxima personaliter compareat ad reddendam rationem de medijs fructibus ex Plebanatu Vitepcen. ad vicarios ecclesiae Cathedralis Vilnen. pertinentibus.

29. Protestatio Rndissimi domini Valeriani, Episcopi Luceorien. et Canonici Vilnen. contra quosdam Prelatos in gremium Canonicorum citra consensum suum admissos

Die lunae xvij Julij. Rmis ac Rndis dominis. domino Valeriano Episcopo Luceorien. domino Venceslao Epo Samogiten. Joanne de Domanow archipresbytero et preposito Vilnen. Josepho Jasienski archidiacono. Paulo Vischenski Custode. Bartholomeo Cawnen. Mathia a Matolin praeposito Trocen. Joanne Vyrpkowski. Stanislao Narkuski rigro. Bartholomeo Sabino Doctore Praelatis et Canonicis. ecclesiae Cathedralis Vilnensis in loco solitae residentiae capitulariter congregatis. Rmus dominus Valerianus Epus Luceorien. et Canonicus Vilnen. voto suo in Capitulo Canonicorum capitulariter congregato in causa cuiusdam praetensae creationis duorum novorum Canonicorum, et praetensa admissione ad quotidianas refectiones seu distributiones eisdem concedendas inhaerendo protestationi suae cum sit filius obedientiae sctae sedis apostolicae Romanae, et semper paratus est obedire sacris constitutionibus canonicis. et metuens ne incideret in poenas extravagantis Paulinae. de rebus ecclesiae non alienandis, et alias poenas contentas in constitutionibus, prohibitionibus, et decretis super hoc editis. iterum protestat et voto suo non consentit in praetensam novam creationem Canonicorum et eorum admissionem ad quotidianas distributiones. ut habeat

vocem

vocem et stallum ut Canonici in Capitulo, cum ista pre-
tensa creatio novorum Canonicorum sit facta omissis
solemnitatibus iuris ad hoc fieri solitis et consuetis
et sine consensu sedis apostolicae, sine cuius consen-
su nulla nova dignitas vel Canonicatus per loci
ordinarium, accedente etiam consensu totius Capituli cre-
ari poterit. Et in huiusmodi creatione praetensa certis
exquisitis coloribus et partibus, est facta quaedam alie-
natio bonorum seu proventuum Ecclesiae cum maximo
detrimento et praeiuditio antiquorum Canonicorum
Ecclesiae Cathedralis praedictae Vilnen. quibus dimi-
nutae et ademptae sunt quotidianae distributiones,
non consulto super hoc Romano pontifice nec super
hoc impetrato suae sanctitatis consensu. Quare sua
Rma dominatio ut Canonicus Vilnen. non consentit in
praetensas creationes, nec vult quod procurator Capituli
huiusmodi assertis Canonicis aliquas distributiones
in praeiuditium antiquorum Canonicorum distribuat. Et
nihilominus protestat et est protestatus, tam contra per-
sonas facientes et consentientes in huiusmodi creationes
et alienationes, quam contra possessores huiusmodi Ca-
nonicatuum alienatorum bonorum, de incurrendis pae-
nis ne videant praetendere aliquam ignorantiam, et se
eadem loco et tempore suis tueri possent, in praeallegata
extravaganti Paulina de rebus Ecclesiae non alienandis
contentis et aliis poenis in Constitutionibus, prohi-
bitionibus, decretis in corpore clausis, et praesertim
quas constitutio Leonina minat. Rndus aut ac
vnlis dominus Josephus Jasienski archidiaconus
Vilnen. hac protestatione audita, et nobis Nicolao Tro-
iano Notario Capituli tandem per praedictum Rmum do-
minum Lucerien. in scriptis data, solemnit quoque prote-
status est, de loco et Refectionibus sibi tamquam Canonico

Legitime

1551. Aug. 14.

Capitulum Particulare.

legitime instituto et admisso dom̄ Procuratorē Capituli respondere debere, et de hac ēāa pro eo tpe acteden protestatione Venerabilis domi Joānis Vyrpkowski Canonici et Procuratoris Capituli nihil conclusum est.

30. Decretum de inquirendis his qui produnt secreta Capituli.

v. p. 19.

Die sabbati xiiij Augusti Rmi et Rndi domini dominus Valerianus Epus Luceorien. dominus Venceslaus Epus Samogiten. Joannes a Domanow archipresbiter Preptus Vilnen. Paulus Vischenski Custos. Mathias a Macolin Preptus Trocen. Joānes Vyrpkowski. Stanislaus Gabrialovicz Mgr. prelati et Canonici ecclesie cathedralis Vilnen. in loco solite residentie capitulr congregati, animadvertentes secreta sua capitulr facta prodi et revelari, decreverunt omnino inquirendum et sciscitandum esse de huiusmodi proditoribus secretorum suorum capitularium, simulque constituendum, ne huiusmodi proditiones et revellationes aplius fierent;

Domanowicz et archipresbiter Preptus Vilnen. notte

31. Mandatum ad monendum dominum Josephum Jasienski archidiaconum Vilnen.

In eodem Capitulo ydem qui supra domi ex votis suis singularit datis ex instigatione vicariorum ecclesie sue Cathedralis Vilnen. decreverunt et mādaverunt requirendum et monēdum per monitorium in scriptis, sub pœnis excois. Rndum dominum Josephum Jasienski archidiaconum ecclesie Cathedralis Vilnen. et plebanum in Vitepsko, ad reddenda rōm reale et in effectu ex proventibus plebanatus Vitepcen. per duos annos cum medio retentis, quorum medij fructus ~~pro~~ pro vicarijs eiusdem ecclesie Cathedrale

cedere

cedere debent. terminum eidem Rndo domino archidiacono prefigendum ad huiusmodi rationem reddendam pro feria quarta proxime futura. hoc est xij octobris.

32. Mandatur monendus dominus prepositus hospitalis sctæ Mariæ Magdalenæ

In eodem Capitulo ijdem qui supra domini decreverunt et mandaverunt monendum venerabilem dominum Valentinum Canonicum extra num duodecim Canonicorum antiquorum vilnen. et preptum hospitalis sctæ Mariæ Magdalenæ, ut coram suis dominationibus personaliter compareat feria sexta proxima ad reddendam rationem de proventibus hospitalis sctæ Mariæ Magdalenæ perceptis et expositis

33. Prorogatur terminus domino Virzbiczki.

In eodem Capitulo ijdem qui supra domini prorogaverunt terminum nobili dno Virzbiczki ad reponendum privilegium quod asserebat se habere occasione domus Capitularis ad Capitulum generale proximum pro festo translationis scti adalberti celebrandum.

34. Constitutio procuratoris per D. Scholasticum

Die quo supra Rndus ac venerabilis dominus Stephanus Grabia Scholasticus vilnen. et preptus Geranonen. in suum verum et legitimum procuratorem honorabilem dominum Stanislaum Nepos vicecustodem Ecclesiæ Cathedralis vilnen. constituit. contra honestam Sophiam Mieskuciova Civem vilnen. promittens se pro rato et cto habiturum quicquid ille in causa sua fecerit. coram me Nicolao Troiano Capituli Notario.

35. Propositio Sophiæ Mieskuciova contra Rndum dominum Scholasticum vilnensem pro Debito.

Anno quo supra die vero veneris xviij Augusti coram Rndis ac vnitibus dominis Joanne de Domanow.

Praepto

1551.
Aug. 18. 8bris 2.

Particulare Aug. Capitulum

Praepto. Bartholomeo Cawneu, Joanne Wyrpkowski, Stanislao Narkuski, Mgro, praelatis et Canonicis Ecclesiae Cathedralis Vilneu in loco solitae residentiae capitulariter congregatis, Augustinus civis Vilneu nomine uxoris suae Mieskuciova pro tunc praesentis, indicialiter oblata citatione debite exequuta, proposuit contra Rndum dominum Stephanum Grabia Scholasticum Vilneu pro sedecem cum media sexagenis grossorum et quinque grossis, debitis pro aromatibus scilicet pipere, croco, zinzibere, et caeteris, ita et pro panno, petens eundem ad praedictam summam pecuniae compelli. Ex adverso honorabilis dominus Stanislaus Nepos vicecustos, tanquam procurator legitimus Rndi domini Scholastici, facta protestatione de reconveniendo actore petijt sibi dilationem ad respondendum et reconveniendum dari, ad adventum sui principalis eo quod in causa sufficienter instructus non esset, et obtinuit ad quindenam.

36. Diligentia procuratoris domini scholastici Vilneu, contra Mieskuciova

Die Veneris (Saturni, seu Sabbati) ij Octobris (Septem) honorabilis dominus Stanislaus Nepos vicecustos, tanquam procurator legitimus Rndi domini Stephani Grabia Scholastici Vilneu, iuxta exigentiam termini contra honestam Sophiam Mieskuciova civem Vilneu protestatus est de diligentia, illa non comparente.

37. Capitulum generale, anni domini Millesimi quingentissimi, quinquagesimi primi pro festo translationis divi Stanislai celebratum. Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, Indictione nonâ sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Julij divinâ providentiâ papae tertij facti moderni anno eius secundo die vero vigesima octavâ septembris, per Rmos

et Rndos

et Rndos dominos Valerianum Dei gra Episcopum Lu:
ceorien. Venceslaum eadem gra Episcopum Medniensem
Joannem de Domanow Archipresbiterum et preptum vil:
nen. Nicolaum Pacz Decanum. Josephum Jasienski ar:
chidiaconum. Paulum Viscienski Custodem. Bartho:
lomeum Canonicum. Mathiam Kalieczki à Macolin Pre:
positum Trocen. Joannem Vyrpkowski. Albertum Nar:
borth. Stanislaum Gabriallovicz Narkuski Magrum. Bar:
tholomeum Sabinum Sacre Regie Mtis phisicum. Prela:
tos et Canonicos Ecclesie Cathedralis vilnen ad pul:
sum maioris campane in loco solite residentie ca:
pitulo congregatos. Capitulum gnale. haberi, teneri
et celebrari ceptum et inchoatum est in hunc q seq:
tur modum. In primis et ante omnia sacrificium mis:
se de spu scto. in presentia predictorum dnorum Pre:
latorum et Canonicorum lectum est. quo exaudito.
Prelatisque et Canonicis in suis locis residentibus.
Venerabilis dominus Joannes Vyrpkowski tamque pro:
cur Capituli, producta Citatione. contra omnes et si:
gulos Prelatos et Canonicos ad Capitulum gnale
per edictum publicum in valvis Ecclesie afixa publi:
cata parit et exequuta. in contumatiam omnium et
singulorum Citatorum petijt per dnos ad celebrationem
Capituli gnalis procedi. et procedendum mandari. Et
domini non obstante contumatia dnorum absentium le:
gitime Citatorum. ante omnia de more et consuetu:
dine, post lecta et audita in forma debita Citationum
mi notario Capituli statuta legere iussert. Et
deinde post aliquorum statutorum lectionem. Venerabili
dno Joanni Vyrpkowski tamque procuratori Capituli
certos articulos in hoc generali capitulo per or:
dinem tractandos producere comiserunt et mandarunt
die sequenti.

38. Continuatur Capitulum generale ultima
Septembris per Rmos ac Rndos dominos dominum

Valerianum

1551. ultima 7bris

Capitulum Generale Autumnale.

uxore letima Poleykowna Magdale:
na comparentes allegaverunt tempore
ingentis pestis anni praeteriti, hic in civitate

Vilnen.

1554. Maij 11. Capitulum Generale Majale
vilnen vigentis privilegium esse deperditum
petentes se, eo non obstante circa domum prae-
dictam conservari. Et praefati Rmus Rdi
ac Venles domini supra scripti, non obstan-
te peticione et allegatione eorum, ob non repo-
sitionem privilegij. omnes unanimi illorum
consensu voto et conformi sententia eadem domo
privaverunt, et eandem pro suo usu et com-
modo Capitulari adiudicaverunt. Edifficia
vero per olim Mathiam Voskoboynyk
aedificata et facta procuribus taxare
et pro illis pecuniam praedictis pro-
pinquis Mathiae Voskoboynyk reponere
mandaverunt. Censum vero anno praeterito
vigente per se sex sexagenas grossorum
lithuanicalium, retentum in eisdem edifi-
cijs taxandis defalcare decreverunt. Prae-
senti decreto mediante praesentibus vt supra
meque Andreae Stefanowsky Capituli
et actus praesentis Notario.

149 Iniuriarum Grijskonis fctoris bono-
rum capitularium Kamieniecz cum lai-
cis bonorum praedictorum

Item eadem die et capitulo quibus supra
Rmo Rndis ac Venlibus dominis qui-
bus supra, Nobilis Hrijszko fctor bono-
rum suarum domini in Kamieniecz personaliter
per se comparens allegavit quomodo
subditi praedicti Kamijenecen Capitu-
tularis, sua rebellitate nescitur quo-

spiritu

spiritu ducti presumitur maligno, robora
iam dudum pro edificanda struendaque ar-
ce in predictis bonis Kamieniecz, conducta i-
gne cremaverunt et alia robora in locum
designatum ducere nolunt, petens occasione
premissorum de remedio opportuno provi-
deri. Et Rmus Rndi ac Venlis dominus qui
supra omnes unanimi Morum consensu voto
et conformi sententia, eisdem obditis omnibus
et singulis Kamienecen. sub pena trium
sictorum grossorum lithuanicalium irremissibile
solvendorum. robora pro edificanda struen-
daque arce in Kamienieczq ducere man-
daverunt et seniori Morum ad Starczo-
wy. hic vilne sine mora coram suis dominis
constituere et comparere sub pena decem
sexagenarum grossorum irremissibile solven-
dorum preceperunt et si temeraria
premissa facere noluerint. sin senior
noluerit extunc sue domus illic suos
famulos multos. qui eosdem tanquam rebelles
compellent et multis eos afficient, quod
erit cum Morum damno magno et in co-
modo maximo propter magnas occasiones
premissorum fetas missuros decreve-
runt, puti decreto mediante expensas

150. Honlis Nicolai à Czechanoviecz con
Rndum D. Georgium Albinum Suffraga-
neum Vilnen et cantore ecclie Cathe-
dralis vilnen occasione certi debiti.

Item eadem

1554. Maij 11. Capitulum Generale maiale.

Item eadem die et capitulo quibus supra Rmo Rndis ac Venlibus dominis quibus Honorabilis Nicolaus à Czichanowiecz actu praestor Ecclie parochialis sancti Joannis Vilnen vicarius et quondam in Bystrzycza Ecclia parochiali Rmi domini Georgij Albini dei gra Epi Methonen suffraganei et Cantoris Ecclie Cathedralis Vilnen. per se comparens proposuit et questus est contra memoratum Rmum dominum Georgium Albinum etc. pro eo quod cum à duobus annis intra vel ultra esset in Bystrzycza vicarius dicti Rmi domini Georgij Albini suffraganei Ecclie cuius existit Legitimus possessor, accepit ab eo in mutuum septem sexagenarios lithuanicalium et unam sexagenam grorum cum media solarij deserviti retinuit, nunc autem nec debitum liquidum accomodatum neque mercedem sive salarium deservitum restituere et solvere vult, petens sibi per duos supra scriptos de remedio in praemissis opportuno provideri et Rmus Rndi ac Venles domini qui supra, omnes unanimi illorum consensu voto et conformi sententia Me Andrea Strzalkowskij Notarium sui Venlis capituli, ad monendum praefatum Rmum dominum Georgium Albinum deputaverunt, quemquidem Rmum dominum Georgium Albinum Epum Methonen et suffraganeum etc. cum nomine suarum dominum admonui, ille ad monitiones suarum dominum per me ibi factas pro nihilo habuit

et Debitum

et debitum prædictum per præfatum presbyterum honorabilem Nicolaum donatum sibi esse allegavit et ultra hoc nulla potestate et jurisdictionem in se suas dominos hæredes dixit quamquidem relationem per me Andream Stojałkowskij suis dominis declaratam audiens præfato Honorabili Nicolao presbytero coram Reverendo in Christo patre et Domino domino Paulo Dei gratia Episcopo Vilnensi et Duce Olschanensi ac Clivorum occasione prædicti debiti reservaverunt et eum citare ad tribunal suæ dominis Reverendæ citare mandaverunt

Mercurij 151 Die Mensis XVI Mensis Maij.

Continuatur Capitulum Generale per Reverendum Rndos ac Venerabiles dominos Valerianum Dei gratia Episcopum Luceorienses Joannem à Domanow Præceptorem Bartholomæum à Cawna Joannem Vierbkowskij, Magistrum, Stanislaum Gabryałłowicz Narkuskij Reverendi in Christo patris et domini domini Pauli Dei gratia Episcopi Vilnensis et Ducis Olschanensis Caeterum et auctoritatem causarum generalem protractarum negotijs Capituli et et Ecclesiæ ad pulsum maioris Campanæ in locum solitum Ecclesiæ et conclave capitulariter congregat prælatos et canonicos fuit tentum et celebratum

152 Concessio domûs Honesto floriano Sacræ Mtis Regiæ armifusori

Item eodem die et capitulo quibus supra Reverendo Rndis ac Venerabilibus dominis

quibus

1554 Maij 16. Capitulum Generale majale
quibus supra Generosus dominus Ble-
szinskij Mttis Regiae hospiciorum distributor
primo gram suis dominacionibus proposuit et
tandem Lras primatas suae Mtte Regiae suis
dominis putavit quas quidem Lras suae Regiae
Mttis, suae dones R. ac venerabiles cum ea qua
decuit reverentia susceperunt et suscepit
apertasque legerunt ac petitionem suae
Mttis Regiae domus professore armi qua
domum praefatus Generosus dominus Bleszin-
skij hospiciorum distributor monstraverit
et assignaverit in se continentem inveni-
erunt perlectis itaque et intellectis omnes
unanimi illorum consensu voto et confor-
mi sententia domum per praefatum Generosum
dominum Bleszinskij monstratam et propositam
quam venerabilem dominum Nicolaus a Lan-
za Notarius Capituli suis proprijs
impensis ornaverat, inter domos
Joannis Alutarij parte ab una et Rndi
domini Alexandri de Pessente Canonici vil-
nen et Aturae Vilhowdi Altaristae
in qua nunc inhabitat famatus
Paulus Boreczky Campo partibus et
altera Jacentem in Platea versus
Molendinum Regium tendentem in qua
Ego Andreas Strzałkowskij Nota-
rius Capituli cum honesta Mar-
garetha Abluatrice Ecclesiastica
Ecclesiae Cathedralis vilnen per legi-
timam Institutionem Mansi ad

Petitionem

pchrione sue Mtis Regie Lrales cuius
floriano armifusori eiusdem Regii Mte
~~concesserunt~~ per modum hospitalitate con-
cesserunt me Andrea Stizathowskij
Notarium sui Capituli de eadem domo
destituerunt, presenti decreto mediante

153. Conclusio generalis capituli
in Mayo tenti et cebrati

Item eodem anno die mense loco quibus su-
pra Rmo Rndis ac Venlis dominis
quibus supra, quorum in medio Venlis
dns Bartholomeus à Cauna, ut et
tanquam procurator Capituli eiusdem accusa-
uit contumacia aliorum Comm et singulo-
rum Quorum fratrum Canonicorum non com-
parentium neque se pro generali Capitulo
presenti iuxta ordinationem et dispositionem
Statutorum repraesentantium. In quorum
contumaciam petijt omnia hic acta decre-
ta ac sententias in praesenti Capitulo ha-
bita et facta rata atque firma haberi
ac pronunciari illisque perpetuum
robor et firmitatem apponi ac fratres
absentes in poena statutaria pro tempore
presenti et mediatio vernali condemna-
ri Et Rndi ac Venles domini
qui supra per praesidentem Vicit
Rndum dominum Joannem a Domanow
Praeptum Vilnen, omnia acta sententias

Decreta

1554. Maij 16. Capitulum Particulare.
decreta in pnti Capitulo gesta et facta rata
grata atque firma haberi decreverunt ac illis
robor perpetue firmitatis interposuerunt
~~pnti decreto mediante~~ et fratres absentes
in pena statutaria condemnaverunt
pnti decreto mediante pnti quibus supra
meque Andrea Strzalkowsky actorum
Capitularium pnti Notario

154. Decretum post conclusionem capi
tuli contra dominum Andream Morstin
occonem bonorum Capitularium Ponare:
sium

Item eodem die et Capitulo quibus supra
Rmus Rndi ac Venerabiles domini qui sup
ex certis tractationibus inter se mutuo et
invicem facientibus attendentes dominum
Andream Morsthin in bona Ponarensi
capitularia se intromittere ac illa pro
se usurpare et alias iniurias facere
omnes unanimi illorum consensu voto et
conformi sententia Venerabiles dnos Bartho
lomeum a Cawna Albertum Lenartho
vicz Canonicos vilnenses sui Capituli pro
curatores et factores occonem predictarum
iniuriarum cum visore terrestri ac
Lris officij ad id opportunis monendum
decreverunt et mandaverunt

155. Die ~~martis~~ imo Jovis XXIIII Mensis Maij
Continuatur Capitulum particulare per
Rmum.

Parthe Capitulum 1554 Maij 24 54

Rmus Rndus ac Venles domios Venceslaus
Dei gra Epus Mediceu Joannes a Doma-
now praeptus Paulus Wyszczenski Custodem
Stephanus Grabija Infulatus praeptus Gieca-
nonen Scholasticus Bartholomeus a Canna
Joannes Wyerbkowski Albertus Lenar-
thowicz Mgrus Stanislaus Gabrialowicz
Narkuski Rmi in chro pris et domini
domi Pauli Dei gra Epi Vilnen et Ducis
Olschanen Cellarius et Andreas Cuarvus
gualen et Albertus Grabowski medi-
cinae doctores, Praelatos et Canonicos Ec-
clesiae Cathedralis Sancti Stanislai Vilnen
pertractatus negotiis Capituli et Ecclesiae in lo-
cum solitum Ecclesiae Capitulariter congregatos
fuit tentum et celebratum.
Et ibidem in continenti Rmus ac Rndus domus
Venceslaus Dei gra Epus Mediceu et
Joannes a Domanow in determinato Capi-
tulo foras de Capitulo abierunt, reliqui
vero ad tractatus ~~[illegible]~~ nonnullos pro-
cesserunt.

156. Assignatio Mansionis abluatrici Hone-
stae Margarethae Ecclesiasticae

Ita eodem die et Capitulo quibus supra Rndi
ac Venles domini qui supra attendentes
Abluatricem Margaretham esse Ecclesiae ne-
cessariam omnes unanimi Morum Con-
sensu voto et conformi senyia illi Man-
sionem in domo lignea in Cimiterio Ecclesiae
Cathedralis Vilnen in qua quondam vicarii
eiusdem Ecclesiae ante constructionem domus
muratae manserunt ad manendum assi-
gnauerunt ac eandem domum honesti Dno
Jacobo vicario deoccupare et vacuam
reddere inadauerunt

1554. May 25

157. Veneris XXV Mensis Maij Capitulum Particulare

Continuatur Capitulum particulare per Rndos ac Venles dominos Joannem de Domanow Praeptum Bartholomeum a Cawna Joannem Vyerbkowsky Albertum Lenarthowijcz Magrum Stanislaum Gabriałowijcz Narkvsky Rmi in chro pris et domi domini Pauli dei gra Ppi Vilnen et Ducis Olschanen Cantarium et Andream Cawrim gualem Albertum Grabowsky medicinae doctorem praelatos et Canonicos Ecclie Cathedralis Vilnen ad locum solitum Ecclie pro tractatione negotijs capituli et Ecclie capitulariter congregate fuit tentum et celebratum

158. Decretum occone Tvribularij fracti

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rndi ac Venerables domini qui supra Tvribularium destructum et fractum manimi Morum consensu voto et conformi sententia procuratoribus sui Venlis capituli vicit Venerabilibus dominis Bartholomeo a Cawna et Alberto Lenarthowijcz reforandum et restaurandum decreverunt pute decreto mediante.

159. Die veneris prima Mensis Junij

Continuatur Capitulum particulare per Rndos ac Venerables dominos Joannem a Domanow Praeptum Bartholomeum a Cawna Joannem Vierbkowski

wsky Albertu Lenartowycz Mgrmy Stanisla:
u Gabryallowycz Narkvsky Rmi in Chro pre
et Domi domi Pauli Deigra Epi vilnen et
ducis olschanen Caeterum et Augustinum Causa:
sarum gnalem Albertum Grabowsky medicine
doctore prelatos et Canonicos Ecclie Cathe:
dralis sancti Stanislai vilnen in Lo:
cum solitum Ecclie protractam negotijs Ca:
pituli et Ecclie capitulariter Congre:
gate fuit tentum et celebratum

160. Propositio Rndi domi Stanislai Bij
rvnsky Ecclie Luceorien cathedralis
Custodis ac Ecclie cathedralis vil:
nen Altaristae fundi olim Mondvith

Item eodem die et Capitulo quibus supra Rn:
dis ac venerabilibus dominis quibus supra Rndus
dominus Stanislaus Byrvnsky Ecclie Cathe:
dralis Luceorien Custos ac Ecclie Ca:
thedralis vilnen Altaris fundi olim
bone memorie Mci domi Mondvid
Altarista, productis Lris fundati ac
alijs suis monumentis ad dictum
Altare pertinentibus et spectantibus ad predi:
ctum altare habitis, proposuit et que:
stus est contra omnes et singulos dicti
Altaris Mondvydowsky Collatores
et prones vicissim Rmum in Christo
patrem et dominum dominum Paulum Deigra
Epum vilnen et ducem olschanen
et Mcos dnos Nicolaum Radziwyll
vilnen ac Nicolaum Radzywyll Pro:

cens Data

1554. Junij 1. Particulare Capitulum
cen Pallatinos Magni Ducatus Lithuaniae ac
Joannem Komaioskij quomodo ipsi et quilibet
eorum hoc altare fundi olim Magnifi
ci ac spectabilis domini Mondvidi in
Eccla Cathedrali vilnen sittu suis fructi
bus omnibus et singulis ad dictum altare
spectantibus et pertinentibus ab aliquot annis
spoliaverunt et eosdem fructus prosecu:
surpaverunt et retinent. nec quicquam
eidem altari et suo legitimo Rectori ac po
sessori dare et restituere volunt quare
petijt sibi occasione praemissorum de reme
dio opportuno provideri Et Rndi
ac Venles domini qui supra omnes u:
nanimi Morum Consensu voto et con:
sortium sententia attentem peticionem huiusmodi
suam fore iustam et rationi consentaneam
Rndum ac Venlem dominum Mgrum Stani
slaum Gabriatorium Narkuskij supra scriptum
suum confrem ad suam dominum Rmam, Rmam
dominum Paulum Dei gratia epum vilnen et
Ducem Olschanen attento eo, quia
sua d. Rma est dicti altaris Mond
vidiuskij pronus et collator et iniu:
ria suae Eccle Cathedrali vilnen a
gitur Locuturum deputaverunt Et dicto
Venli dno Stanislao Byerinskij altari
stae iniuriam coram sua P. Rma decla:
rare mandaverunt pnti decreto mediante

161. Die Saturni secunda Men
sis Junij
Capitulum particulare per Rndos ac Venles
Dnos

dnos Joannem a Domanow praeptm Bartholomaeum a Cawna Joannem Vierbkowsky Albertum Leonardi Narbulth Mgrum Stanislaum Gabrielem Narkusky Rmi domini Pauli dei gratia Epi vilnen et Dnis Olschanen canonicum vicarium inspectatibus et officialem qualem vilnen Albertum Grabowski medicinae doctorem, praelatos et canonicos ecclesiae cathedralis sancti Stanislai vilnensis pro tractatione negotijs ecclesiae et capituli in loco solito ecclesiae et capituli capitulariter congregatos fuit tentum et celebratum

162 Repositio novem sexagenarum grorum per sctuarios pro cera in eadem ecclesia cathedrali vilnen furto ablata

Item eadem die et capitulo quibus supra Rndis ac ventibus dominis quibus supra quorum in medio venerabilis dnus Joannes Vierbkowsky canonicus vilnen suarum dominum confrater confessus est et per expressum recognouit, palam publice et manifeste a subditis sanctuarijs laicis novem sexagenas grorum lithuanicalium pro cera in eadem ecclesia cathedrali sancti Stanislai vilnen laicorum incurabilitate deperdita plenarie et integre numasse et leuasse praesentibus quibus supra meque Andrea Strzalkowsky praesentibus actus et actorum capitularium notario.

pro cera quae sanctuariorum incuria deperdita est, quae sexagenae solutae sunt.

163 Conconcordiae in suo robore conservatio Rndi domini Pauli Vischenski custodis ecclesiae cathedralis vilnen cum sctuariis habitae

Item eadem die et capitulo quibus supra coram Rndis ac ventibus dominis quibus supra

Rndus dnus

1554 Junij 2. Capitulum Particulare Ecclesiae

Rndus dns Paulus Wischenski eiusdem Ecclesiae
Cathedralis Vilnen. Custos per se comparens
repetens sua proponens contra laicos sectiva-
rios Jam dudum coram suis Rndis ac Ven-
tibus dominis fecerat produxit concordiam cu-
dictis laicis Sanctuarijs de mandato Mtis
Regiae coram olim Illustri ac Rmo domino
dno Joane ex ducibus Lithuaniae Dei gra
Epo Vilnen. hitam, cuius tenor de verbo
ad verbum sequitur et est talis: "Anno dni
Millesimo Quingentesimo trigesimo quarto Die
vo Mercurij Nona Mensis Novembris Con-
stitutus personaliter apud acta Curia Rndus d.
Joanes de Domanowo praeceptus Vilnen. et p.
Illustrem principem Rmumque in Chro prem
dnum dnum Joannem ex ducibus Lithuaniae
Dei gra Epm Vilnen. ad infra scripta de speci-
li mandato sacrae Regiae Mtis Commissarius
datus et deputatus vivae vocis oraculo retu-
lit et per expressum ~~recognovit~~ fassus est
se inter Rndum prem dnum Paulum Ecclie
Cathedralis Vilnen. Custodem ex una et
laboriosos Georgium Przystaw Mathiam
procurem, Stanislaum fratrem Przystaw Jacobum
ac fratrem eius et alios eorum socios sanctua-
rios praedictae Ecclie Cathedralis Sancti Stani-
slai ad fundum et dotem Custodiae praedi-
ctae pertinen. ex altera partibus concordiam
de consensu utriusque partis fecisse et eam
ad effectum deduxisse de et super eorum
servitijs consuetis ac in futurum pen-
dendis quoque tributis quotannis solvi debitis
et eorum occasione sub his modis et condi-
tionibus inferius descriptis, Primum Idem
Sanctuarij omnes manu coniuncta, rede-

redimentes

Ustawa Swiątnickow. Concordia Inter Dnum Custodem Praelat. et Sanctuarios Ecclie p. Commissarios ab Epo.

" dimentes servitia in dies per eos prestita
" et in futurum prestanda et ab eis liberi esse
" volentes. Tenebuntur quotannis hoc est
" pro quolibet festo Nativitatis domini quinque
" sexagenas grorum numeri et monetae
" Lithuaniae praedicto domino Custodi solvere
" atque quisque illorum de quolibet servitio, una
" tunna avenae et duos gallos erit adstri
" ctus dare; praeterea secundum seriem eorum
" septimatim Custodiam in Curia seu domo
" quilibet eorum debebit [: exceptis quorum Cu
" stodibus qui ad ecclesiam sancti Stanislai
" etiam servire veniunt:] facere. et secundum an
" tiquam consuetudinem etiam dare et solvi
" viginti quatuor grossos, duos gallos, Cur
" rum de feno, Ciceris tunna vilnen, et in Lo
" bonari fenum metere seu falcastrare tri
" bus diebus tenebuntur, quam Concordiam ra
" tam habere et tenere partes supra scriptae
" voluerunt, praesentibus venerabili domino Georgio
" Phalgowsky Cantore et Canonico ecclesiae Cathe
" dralis vilnen, Andrea Jagodzinski Auli
" co, Reverendo Stanislao de Vargrow, Stanislao
" Brzoskowski, testibus ad praemissa" Et peti
" it se circa eandem Conservari, et ultra eam
" Laicos praedictos sanctuarios ad labores
" prioribus Custodibus exhibitas hic in dicta
" Concordia non expressas cogi ac illos terris
" desertis ex quibus nullum servitium ecclesiae ex
" hibent, sibi in praediolum adiudicari et
" decerni, et per hoc sibi commoditatem amplia
ri et augeri. Et Reverendi ac venerabiles
domini qui supra, omnes unanimi illorum
Consensu voto et conformi sententia praefatum
Reverendum dominum Paulum Wischenski, Custodem

Ecclesiae

maią Zakobociznę S. Kop Zapłacie na Bożena rodzenie każdy Dobrze owsa z służby y dwoie kurow. Straży godniowej w domu Kustosza oprocz Cowkosciele być powinni

1554. Junij 2. Capitulum Particulare.
Fectiae praedictae Cathedralis Sancti Stanislai
Vilnen. Circa concordiam superius scripta
per eum producta in medio Venerabilis Capituli
per Venerabilem dominum Magrum Stanislaum Gabrie-
lis Narkuszky rc. suarum Dominum Confratrem
lectam et auditam, in omnibus illius pun-
ctis clausulis et conditionibus universis.
nil in ea minuendum aut addendum conser-
vaverunt, ac terras omnes et singulas
desertas et per praedictos laicos possessas
praefato Rndo dno Paulo Vischensky Cu-
stodi revidere ac de eisdem inquisitionem
diligentem facere, et in regestrum sive In-
ventarium consignare et conscribere. Con-
signatusque et conscriptas post revisionem et
inquisitionem factam in Regestro suis In-
ventario coram Venerabili Capitulo repone-
re mandaverunt. Ibidemque suae dominationes Rndae
ac Venerabiles, viso huiusmodi Regestro seu In-
ventario revisionis et inquisitionis
praedicto per dominum Custodem facto pronuncia-
bunt voluntatem suam et si illis visum
fuerit commoditatem dno Custodi am-
pliabunt praesentibus quibus supra meque An-
dreâ Strzałkowsky actorum Capitula-
rium et actis praesentis Notario.

164. Veneris viii Mensis Junij
Capitulum particulare per Rndos ac
Venerabiles dnos Joannem de Domanow
praeceptum Bartholomeum a Cawna Joannem
Vierbkowsky Albertum Leonardi Nar-
bulth Magrum Stanislaum Gabrielis
Narkuszky Rmi in Chro patris et domi-
ni domini Pauli Dei gratia epi Vilnen. et Du-
cis Olschanen. Canonicorum et Causarum

auditorem qualem Albertum Grabowski
medicinae doctorem Bartholomeum Sabi-
nium sacri Mtis phisicum Praelatos et
Canonicos Ecclae Cathedralis Sancti Stanislai
vilnen in locum solitum Ecclie et Capituli
pro tractatu negotijs Ecclie et Capituli Ca-
pitulariter congregatos fuit tentum et celebratum.

165. **Decretum occone domorum man-
sionariorum capellae Rmi domini
Epi vilnen in Ecclia cathedrali
vilnen constitutae.**

Item eadem die et Capitulo quibus supra
Rndis ac ventibus dnis quibus supra
quorum in Capitulo constituti personaliter
ventes dni Mgr Joannes a Cracovia
Canonicus Mensalis vilnen et Nicolaus
Koziel Capellae Rmi domini Epi vilnen
Mansionarij in eadem Ecclia cathedrali
vilnen constitutae principales et vocatione
seniores petierunt se ad optionem domo-
rum ratione principalitatis et senioritatis
post mortem certorum presbyterorum dictae
mansionariae mansionariorum seu pre-
bendariorum vacantium testatarum admitti
et Rndi ac ventes dni qui supra habitis inter
se mutuis tractatibus conclusione antenu-
feta omnes unanimi illorum consensu vo-
to et conformi sententia attendentes petitionem
huiusmodi fore illorum instam et rationi consentaneam
praefatos ventem et hontem dnos Joannem
Mgrum a Cracovia vilnen Canonicum mensa-
lem et Nicolaum Koziel memorati Rmi domini
Epi vilnen mansionarios supra scriptas

ratione

1554. Junij 8. Capitulum Generale.

rone senioritatis et principalitatis
ad optionem domorum praedictorum
admiserunt pecunia vero in dictorum
mansionariorum suorum antecessorum
testamentis seu ultimis voluntatibus
contenta et certis personis ad pia opera
vel alio quomodo legata aut pro
anniversario una cum pecuniis per Mtem
Regiam pro aedificium huiusmodi domiculis man-
sionariis datis per praefatosque vicissim
ventem et hontem duos receptis et pro illis
nulla structura domorum factis his
qui aedificare voluerint in areis ad huc
vacuis exentibus dare et restituere man-
daverunt et decreverunt puti decreto me-
dicinae ac me Andrea Strzałkowskij acto-
rum capitularium et actus presentis Notario

166. Saturni IX Mensis Junii

Capitulum particulare per Rmos Rndos
ac ventes dominos Valerianum Luceorien
Venceslaum Medinicen Dei gra Epos Joannem
de Domanow Praepositum Bartholomaeum de Ca-
nna Joannem Vierbkowskij Albertum
Leonardi Narbuth Magrum Stanislaum Ga-
brielis Narkubskij Rmi domini Pauli Dei
gra Epi Vilnen Caurin et Ducis Olscha-
nen Caurin et Albertum Grabowski
medicinae doctorem Bartholomaeum Sabini-
um sacrae Mtis Regiae physicum archidia-
conum Lublinen vel Praelatos et Canonicos
Eccle Cathedralis Sancti Stanislai
Vilnen in locum solitum Ecclesiae et Capi-
tuli pro tractatu negotiis Ecclesiae et Capituli
Capitularitur congregatos fuit tentum et
celebratum.

Contra

Capitulum Particulare 1554 18 Junij 59.

167. Contra vasilium Czischkowicz occon bonorum capitularium Hanievicze ex parte Venlis dni Alberti Narbuth canci vilnen propositio

Ith eadem die et capitulo quibus supra Rmis Rndis ac venlibus dominis quibus supra constitutus personaliter Venlis dns Albertus Leonardi Narbuth canicus vilnen suarum dominum confrater, contra quosdam dominum vasilium Czischkowicz sue Regie Mtis in magno ducatu Lithvanie Marschalcum, proposuit verbo pro eo quia ipse subditos bonorum capitularium Hanievicze sui pstinionij intollerabilibus iniuriis afficit bona capitularia ademit et prose vsurpat, prout iam bonorum predictorum in Hanievicze ad quor miliaria cum arboribus alucarijs accepit et prose vsurpauit ac semina in eisdem bonis et terris capitularibus semiauit et iecit, et metere vult et intendit quare petijt sibi occone pmissorum de remedio opportuno pro suas dones prouidere, ac eisdem iniurijs et damnis in tempore occurrere et Rmi Rndi ac venlis dni qui supra annuentes sue petitioni attendentes pro hoc negocium pfati venlis dni Alberti Lenartowicz illorum vniuersitatem tantum spectat et pertinet omnes vnanimi illorum consensu voto et conformi senija, hanc causam iniuriarum coram sua Regia Mtte anteomnia ptestare

et Declarare

1554. Junij 8. 15. Capitulum Particulare
et declarare proposuerunt et facta protesta-
tione huiusmodi coram sua Regia Mtte Eidem
Gnoso dno Vasilio Cziskowicz iniuriato-
ri occone predictarum iniuriarum
sine quavis mora actionem in foro secula-
ri intentare et cum eo ad locum contro-
versiae exire et illic finem certum et
limites certas facere constituerunt Pnti
decreto mediante ac me Andrea Strzat-
kowsky suarum domum capitularium actorum
et actus Pnti Notario.

168. Veneris XV Mensis Junij
Capitulum particulare per Rndos ac ventes
dnos Bartholomeum a Cawna Joannem
Vierbkowsky Albtum Leonardi Narbutt
Mgrum Stanislaum Gabrielis Narkusky
Rmi domini Pauli dei gra Epi Viluen
et Ducis Olschanen Cancellarium et Albertum
Grabowsky in medicinis doctorem Bar-
tholomeum Sabinum sacrae Mtis Regiae Phi-
sicum Archidiaconum Lublinen, prelatos
et Canonicos Eccle Cathedralis Sancti Sta-
nislai Viluen in locum Eccleae et Capituli
pro tractatu negotijs Eccle et Capituli Capi-
tulariter congregatos fuit tentum et celebratum

169. Decretum occone domunculae
post mortem olim Honlis Joanis
Luza Mansionarii relictae et
vacantis
Item eadem die et Capitulo quibus supra
Rndis ac ventibus dominis quibus
supra Honorabilis dns Christophorus
Capellae Dni Casimiri Mansionarius

nuper

nup ad mansionariam post mortem olim
honestis domini Joannis Puza alias Bogusch
vacantem noviter institutus, ex remissio-
ne ordinarij ad Capitulum facta contra ho-
norabilem Jacobum Vicedecanum Ecclesiae pre-
dictae Cathedralis Sancti Stanislai Vilnensis ac
eiusdem Capellae divi Casimiri Mansionari-
um praesentem proposuit verbo pro eo quod ipse
domum post mortem olim sui antecessoris
Honestis Joannis Puza vacantem ullo iure ad-
eum pertinentem et spectantem, vi et violenter ac
de facto pro se usurpavit et occupavit, petens
eundem ad restitutionem et deoccupationem pre-
dictae domus cogi et compelli. Ex adverso
Honestus Jacobus Vicedecanus per se comparens
Coram suis Reverendis ac Venerabilibus dominis alle-
gavit se eandem domum, non vi sed devire-
rone optionis principalitatis et senioritatis
iuxta illorum ascensum assequutum fuisse
suam non domum alio olim honesti domino Sta-
nislao Kowal habitam et propriis pecuni-
nijs ~~emptam~~ videlicet sex sexagenis grossorum
emptam alio confratri cessisse petens
se ab instantia et impetitione illius
ulteriori absolvi. Et Reverendi ac Venerabiles
domini qui supra omnes unanimi illorum
consensu voto et conformi sententia ab instan-
tia et impetitione ulteriori absolverunt
et Honesti Christoforo ad aliam domum cu-
ius occurrerit vacatio salvum ius re-
servaverunt praesentibus quibus supra meque
Andrea Strzałkowski suarum dominorum
et Actorum Capitularium ac actus praesen-
tis Notario

170. Jovis V. Mensis Julij Capitulum

1554. Julij 5. Capitulum Particulare.

particulare per Rmum Rndos ac Ventes
dnos Venceslaum de gra Epum Mednicen
Joannem de Domanow Praeptum Josephum
Jassienski archidiaconum, Paulum Vischen-
skij Custodem Bartholomeum a Cawna
Mathiam Kaleczizki Praeptum Trocense
Joannem Vierzkowskij Mgrum, Stanisla-
um Gabrielis Narkuskij Rmi in chro pris
et dni domi Pauli de gra Epi Vilnen
et Ducis Olschanen Cancrium vicariumque in
spualibus et officialem qualem Vilnen Bar-
tholomeum Sabinium archidiaconum Liublinen
Sacrae Mtis Regiae phisicum Praelatos et
Cancros Ecclie Cathedralis Sti Stanislai
Vilnen in locum solitum Ecclie et Capitu-
li pro tractan negocijs Ecclie et Capituli ca-
pitulariter congregtos fuit tentum et celebratum

171. Capellae in Rzescha venli dno
Bartholomeo Cawnen concessio

Item eadem die et Capitulo quibus supra Rmus
Rndi ac ventes dnum qui supra attendens
Capella in Rzescha orbata esse suo Rectore
legitimo honli Stanislao Nepote vice custode
ecclie cathedralis Vilnen ne amplius et de-
cetero maneat sine legitimo Rectore Eandem
unanimi illorum consensu voto et conformi
sententia Venli dno Bartholomeo Cawnen Ca-
nonico Vilnen Confratri suo in spualibus
et temporalibus plenarie et integre in curam
totalem dederunt et concesserunt tenenda
hendam regen et gubernanda et prout
illi melius et utilius videbitur bona
dictae Capellae ampliandi pntibus quibus
supra meque Andrea Strzalkowskij
Capitularium actorum et actus pntis Nota-
rio

Veneris

172. Veneris vi Mensis Julij

Capitulum particulare per Rmum Rndos ac Ventes dnos Venceslaum Dei gra Epm Mednicen Joannem de Domanow Preptm, Paulum Vischenski Custodem, Stephanum Grabia Scholasticum Bartholomeum à Cawna Mathiam Kaleczizki Preptum Throcen Joannem Vierbkowskij Albertum Leonardi Narbutth Mgrm Stanislaum Gabrielis Narkuski Rmi domi Pauli Dei gra Epi Vilnen et Ducis Olschanen Cancellarium et Albertum Grabowski medicinae doctorem Bartholomeum Sabinum Archidiaconum Lublinen Sacrae Mtis Regiae phisicum Prelatos et Canonicos Ecclesiae Cathedralis Sti Stanislai Vilnen in locum solitum Ecclesiae et Capituli pro tractan negotijs Ecclesiae et Capituli capitulariter congregtos fuit tentum et celebratum

173. Institucio vicecustodis ad vicecustodiam in Ecclia Catheli Vilnen. post mortem Honlis Stanislai Nepotis vacan Honlis Joanis Goniadz

Item eadem die et capitulo quibus supra Rmus Rndi ac Ventes Domini qui supra Honlem Joannem Goniadz eiusdem Ecclesiae Cathedralis Sti Stanislai Vilnen mansionarium et Capelle sctissimae Trinitatis Capellanum per Rndum domi Paulum Vischenski Ecclesiae eiusdem Custodem verbo in medio capituli computatum ad vicecustodiam in eadem Ecclesiae Cathedrali Vilnen post mortem olim Honorabilis dni Stanislai Nepotis eiusdem vicecustodiae ultimi et invecti possessoris et Rectoris vacan, omnes unanimi Morum consensu voto et conformi sententia Instituerunt et investierunt, ac ab eodem de fidelitate

in Oibus

1554. Julij 14. Capitulum Particulare.
in omnibus et singulis servarum Juramentum Corpo-
rale in manibus venerabilis domini Magistri Stanislai Ga-
brielis Narkuski Reverendissimi domini Pauli Dei gratia
Episcopi vilnensis et Ducis olschanensis Cancellarij predicte
Ecclesie cathedralis sancti Stanislai vilnensis
canonici, tactis sacro sanctis evangelij scripturis
per eum prestitum exegerunt presentibus meque
Andrea Strzałkowsky actorum capitularium
et actis presentibus Notario.

174. Die Mercurij xi Mensis Julij

Capitulum particulare per Reverendissimum Reverendos ac Loci ordinarij Praesens.
venerabiles dominos Paulum Dei gratia Episcopum vilnensem
et Ducem olschanensem, Joannem a Domanow
Praeceptorem Josephum Jasienski archidiaco-
num Sarmirien Praeceptorem, Paulum Vischenski
Custodem, Stephanum Grabia Scholasticum, Bar-
tholomaeum a Cawna Mathiam Kalezinsky
Praeceptorem Trocensem Magistrum Stanislaum Gabri-
elis Narkuski memorati Reverendissimi domini
Pauli Episcopi vilnensis Cancellarium Albertum Grabo-
wsky medicinae doctorem Bartholomaeum
Sabinia archidiaconum Lublinensem sacrae Maiestatis
Regiae physicum, praelatos et Canonicos Ecclesiae Ca-
thedralis sancti Stanislai vilnensis ad Curiam
Episcopalem memorati Reverendissimi domini Pauli Dei
gratia Episcopi vilnensis et Ducis olschanensis vil-
nensis pro tractatu negotijs Ecclesiae et Capituli
~~Quo tractatu~~ in Capitulari iter Congregatos
fuit tentum et celebratum

175. Decretum contra vicarios ecclesiae
Cathedralis vilnensis

Item eadem die et capitulo quibus supra
Reverendissimus Reverendi ac venerabiles domini qui supra
omnes unanimi Morum consensu voto
et Conformi

et conformi sententia in presentia omnium et singulorum vicariorum in numero undecim consistens Ecclesie cathedralis sancti Stanislai Vilnen ad presentiam capituli per quale mandatum valuis Ecclesie predicte affixum vocatorum et constitutorum nil impugnantium constituerunt ac decreverunt predictis vicariis ducentas sexagenas grossorum Lithuanicalium pro tempore presenti per Reverendum dominum Josephum Jassienski archidiaconum Vilnen ac plebanum Viteblen de consueto censu plebanatus Viteblen pro eisdem vicariis singulis annis solvi solito solvendum. Et reliquum pecuniae anni similiter presentis una resta videlicet centum et septuaginta sexagenas grossorum Lithuanicalium pro refectionibus illorum per eosdem Reverendos ac Venerabiles duos constituendis in thesauro capitulari reponendum mandaverunt. Ita videlicet quod diligentiores easdem refectiones percipient et negligentes eisdem priventur et per duos illorum vicariorum iuratos conscribentur et exigentur et diligentioribus iuxta illorum constitutionem tradentur

176 Decretum cont eosdem vicarios occasione Dalmuciorum

Item eadem die et capitulo quibus supra Reverendus Reverendi ac Venerabiles Domini qui supra omnes unanimi illorum consensu voto et conformi sententia vicariis omnibus et singulis Ecclesie cathedralis sancti Stanislai Vilnen decreverunt ut infra duos menses quilibet illorum Dalmucium more Cracovien Ecclesie cathedralis una cum superpilicio bono et ornato habeat et in eo incedat presenti decreto mediante et me Andrea Strzalkowsky actorum capitularium et actus presentis Notario.

Contra eosd.

1554 Julij 11. Capitulum Particulare

177. Contra eosdem vicarios occone statuti singulis feriis sextis legi neglecti decretum

Item eâdem die et capitulo quibus supra Rmus Rndi ac Venles domini qui sup ex mutuis tractatibus inter se occone vicariorum statuti legi neglecti habitis decreverunt vicariis omnibus et singulis ecclesiae cathedralis sancti Stanislai Vilnen statuta illorum in presentia omnium ad hoc vocatorum singulis feriis sextis legere et lecta memoriae commendare ac illa in omnibus tenere et observare presenti decreto mediante ac me Andreâ Strzałkowskij actus presentis scribâ

178. Questio occone concionatorum Ecclesiae cathedrali Vilnen necessarii

Item eâdem die et capitulo quibus supra Rmo Rndis ac Venlibus dominis quibus supra Quorum in medio memoratus Rmus dnus Paulus Dei gra Episcopus Vilnen et Dux Olschanen questionem pridie per suam D. Rmam propositam et motam occone praedicatoris ecclesiae praedictae cathedralis sancti Stanislai Vilnen necessarij repetiit et suum votum in persona Rndi domini Martini doctoris Kurek dedit et probavit petens super premissis suo voto rnderi Et Rndi ac Venles domini qui supra per modum cautelae praecustodiem suam dominis Rmis allegaverunt nonnulli per vota et suffragia sua vicissim Rndi domini Joannes de Do Domanow Praeptus Vilnen Mathias

Kaleczki.

Kaleczyzki Trocen. preptus et Bartholomeus Sabina archidiaconus Liublinen. Sacrae Mttis Regiae phisicus prelati cancicq. cathedralis vilnen. eiusd. Rendu. domi Martinus Kurek doctorem maxime hominem esse rauc. inconstantem, nec in eod. loco sustinere posse quemadmod. et in alijs locis multis et diversis sustinere minime potuit et tamen eo non obstante, petierunt per sua domina Rmam declarari conditionem in qua pfty Rndus dns Martinus doctor Kurek coniunctor nominatus contentus esse debeat et sua D. Rma feria sexta proxima deliberata conditionem pro eo spectantem quantum ex eo declarabit.

179. Die saturni xiiii mensis Julii

Capitulum particulare per Rndos ac venerabiles dominos Joannem de Domanow Preptum Bartholomeum a Canona Mathiam Kaleczyzki preptum Throcen. Joannem Vyerbkowsky Mgrum Stanislaum Gabriel Narkuski Rmi domini Pauli dei gra Rpi vilnen. et ducis olschanen. Cancellarium rl. Albertum Grabowsky medicinae doctorem Bartholomeum Sabina archidiaconum Liublinen. Sacrae Mttis Regiae phisicum prelatos et cancos ecclie cathedralis sancti Stanislai vilnen. in locum ecclie et capituli pro tractatu negocijs ecclie et capituli capitulariter congregatos fuit tentum et celebratum

180. Productio lrarum Ruthenicarum occone arcis Strzesmen. capitularis noviter aedifficari incepti

Item eadem die et capitulo quibus supra Rndi ac venerabiles domini qui supra auditis

et intellectis

1554 Julij 14. Capitulum Particulare
Et intellectis litteris Nobilis Pauli Balcere
vicz fetoris suarum dominorum in bonis Capitula
ribus Strzesinen suis dominibus occasione defe
ctum arcis Strzesinen, missis omnes una
nimi illorum consensu voto et eo forma sentia
eidem Nobili Paulo Balcerewicz fetori Strze
sinen suo pecunia de taberna suarum
Domini Strzesinen ad necessitatem arcis
Strzesinen vicit pro conducendo carpenta
rijs ac emendis in Homey aliquot Burn
bardis pro tuenda predicta arce Strzesinen
ab omnibus inimicis venturum capere ac in
terea de eisdem pecunijs de taberna
receptis ac a suis dominibus Rendis vigiti
sexage grorum Lithuanicalium Unatis instan
tionem facere mandauerunt, occasione quorum
omnium et singulorum premissorum suae dominationes Rx
ac ventes ad fetorem predictum Litteras
prenatas missilis dare decreuerunt presenti
decreto mediante ac me Andrea Strzalt
kowsky altorum capitularium et actus presentis
notario

181 Donatio 40 laminarum ferri al
bi per Rndum Dominum Joannem
de Domanow Praeptum et Canonicum
Vilnen protegen verticibus
Turrium arcis Strzesynen

Item eadem die Rndus dominus Joannes
de Domanow Praeptus et Canonicus Vil
nen suarum Dominorum Confrater protegendis
Turribus arcis Strzesinen quadraginta
partes seu laminas ferri albi dedit do
nauit et concessit presentem me Andream
Strzalkowsky Capituli Notario

182 Decretum contra laicos Strzeszy
szynen

Particulare Capitulum 1554. Julij 14. 17

Symen se de bonis predictis trans ferri aliunde volentibus

Item eadem die et capitulo quibus supra Rndi ac ventes dni qui supra omnes unanimi illorum decreto decreverunt Nobili Paulo Balcerevicz fetori suo Strzesmen, omnes et singulos laicos Strzesmen de bonis Strzesmen se transferre aliunde volentibus carceribus a talibus refrenare et ad fideiussoria quemlibet tutius temerarium dare mandaverunt quod decreto mediante et me andrea Strzalkowsky actus presentis Notario.

183. Lune XVII Mensis Julij

Capitulum particulare per Rndos ac ventes dnos Joannem a Domanow Preptum, Bartholomeum a Cawna, Mathiam Kalczyczki Preptum Throcen Mgrum Stanislaum Gabrielem Narkuskij Rmum domini Pauli dei gra Epi vilnen et Ducis olschanen Cancellarium Albertum Grabowskij medicinae doctorem Bartholomeum Sabina archidiac Lublinen sacrae Mtis Regiae phisicum prelatos et Canonicos ecclesiae cathedralis sancti Stanislai vilnen in locum solitum Ecclesiae et capituli pro tractatu negotijs ecclesiae et capituli capitularit congregatos fuit tentum et celebratum

184. Iniuriarum Kamieniecz

Item eadem die et capitulo quibus supra Rndi ac ventes domini qui supra in medio sui ventis capituli tras fetoris sui Kamieniecen Nobilis Grischko per famulum eiusdem Grischkonis sustentatus et in medio ventis capituli per Rndum dominum Joannem a Domanow Preptum et Canonicum vilnen lectas et per suas dominationes bene

et debit

1554. Julij 14. Capitulum Particulare
et debite intellectas ac iniurias per subditos
Kamenecen. suis dominis Rndis ac ventibus
ac suarum dominum loci illius factorum illat
in se continen. quibus quidem Rndi ac
ventes domini qui supra, omnes unanimi
illorum consensu voto et conformi sententia cetos
subditos Kamenecen. ad suas dominos Rn-
das ac ventes vilnae una cum famulo
factoris Kristonis supra scripti occonen.
certarum iniuriarum (ut dicebant a fu-
ctore praefato hitarum veniens, ex praedictis
subditis tres seniores ad carceres de-
putaverunt et tamdiu tenen. decreverunt
donec alij subditi praedicti Kamenecen.
seniores suos alias starcha tanquam pertinaces
in obedientiam et rebellem senyas suarum
dominum impugnatore et proventuum
ad suas dominos pertinen. retentorem
hic vilnae coram suis dominis sistent.

185. Propositio Domaschowskii
Rndi domini Alexandri de Pe-
ssentis canci vilnen. servitor.
cont. ventem D. Joanne Vierbko-
wski canciu vilnen. facta

Item eadem die et capitulo quibus supra
Rndis ac ventibus dominis quibus
supra Nobilis Nicolaus Domaschowski
Rndi domini Alexandri de Pessentis canci
vilnen. suarum dominum confratris famulus
et praeceptoris Oschmianen. factor nomine
praefati domini sui ventis domini Alexandri pro-
posuit et questus est contra ventem domini
Joannem Vyerbkowsky canum vilnen.
absentem pro certa pecuniarum
summa certi fundi rettenta ad suum
moratum

memoratum domum Alexandrum pertinente et
spectante petens per Rndos ac Venles dominos
quos supra ad restitutionem cogi et compel-
li et Rndi dni negotium totum ad adve-
tum Rndi domini Joannis Wierzbkowsky vil-
nam distulerunt

186. Die saturni XXIII mensis Julii

Capitulum particulare per Rndos ac Vene-
rables dnos Joannem a Domanow
Preptum, Bartholomeum a Cawna Mathiam
Kaliczicki trocen Mgrum Stanislaum Ca-
bretz Narkusky Rmum domini Pauli Dei
gra Epi Vilnen et Ducis Olschanen Cancel-
larium vel Albertum Grabowsky in medici-
nis doctorem Bartholomeum Sabina archi-
diaconum Livblinen sacrae Mtis Regiae phi-
sicum Prelatos et Canonicos Eccle cathedralis
sti Stanislai Vilnen in locum solitum Eccle
et Capituli capitulariter pertractans negotijs
Eccle et capituli capitulariter Congregatos
fuit tentum et celebratum

187. Occone subditorum Kamenecen de carceribus per venlem
Dom Bartholomeum Cawnen
Cancum Vilnen dimissorum

Item eadem die et capitulo quibus supra
Rndis ac Venlibus dominis qui supra de
et super in carceratione subditorum
Kamenecen ac rursus de eisdem
carceribus seu vinculis illorum per Vene-
rablem dominum Bartholomeum a Cawna
pcurem eiusdem Venlis Capituli ac confrem
licentiose absque consensu et decreto Capli

Submissione

1554. July 23. Particulare Capitulum
omissione facta, Tractatu conclusione
aut super facta, omnes unanimi Morum
consensu voto et conformi sententia, subditos
tres Kamenecen capitulariter incarce
ratos et per ventem Dominum Bartholomeum
Canonicum Canonicum vilnen et eiusdem Ventis
Capituli procuratorem sine scientia et volun
tate Capituli dimissos et in curia sua
habitos, Eidem Venti domino Bartholomeo
Canonico Canonico vilnen suarum dominorum con=
fratri et Capituli procuratori tamdiu Cant e
tenendos donec senior Kamenecen cum
quinque viris senioribus ad suas dominos
Rxudas ac Ventes vilnae venerit man
daverunt ac praesenti decreto decreverunt
ac eisdem subditis supra septem si et in quantum
non ferent pecuniam pro expensis de The
sauro Communi Capitulari eidem Venti D.
Bartholomeo Canonico victum dare praeceperunt
praesenti decreto mediante.

188. Sanctuariorum Ecclesiae Ca
thedralis Vilnen contra R.
Dominum Custodem Vilnen

Item eadem die et capitulo quibus supra
Rxudi ac Venetes domini qui supra ad
instantem petitionem subditorum San
ctuariorum vilnen et contra Rxudum
dominum Paulum Wischenski Custodem
Pinsch Ecclesiae Cathedralis Sancti
Stanislai vilnen, conquerentium
occasione terrarum illis per eum recepta
rum et consemminatarum proponen et tra=
ctan inter se singuli per singula Morum
vota et suffragia Conclusione ante
per eos

per eos unanimiter facta, in absentia praefati Rndi domini Pauli Custodis. Inhaerendo concordiae per eundem Rndum dominum Paulum Custodem cum dictis laicis sanctuarijs iam dudum factae et per praefatum Rndum dominum Custodem coram suis dominis Rndis ac ventibus productae et circa eam conservant decreverunt ut praefatus Rndus dominus Paulus Vischenski Custos Vilnen praenominatus, tantum modo fructus in tribus sanctuarijs pro anno praesenti conseminatos colligat. et amplius et decetero illas ad commensurationem illarum non collat ac frumenta pueris orphanis sive eorum tutoribus seu propinquis mittere liberè permittat praesenti decreto mediante

189. Die Martis XVI Mensis Augusti

Capitulum particulare per Rndos ac venerabiles dominos Joannem de Domanow praeceptum Bartholomaeum à Cawna Mathiam Kaleczinski Trocen praeceptum Joannem Vierbkowski Magnum Stanislaum Zabrielis Narkuskij Rndi domini Pauli dei gratia Episcopi Vilnen et ducis Olschanensis cancellarium et Albertum Grabowski in medicinis doctorem Bartholomaeum Sabinum archidiaconum Lublinen sacrae Mtis Regiae phisicum praelatos et canonicos ecclesiae cathedralis sancti Stanislai Vilnen in loco solito ecclesiae et capituli pro tractatu negotijs ecclesiae et capituli capitulariter congregatos fuit tentum et celebratum.

Decretum

1554. Aug. 26. Capitulum Particulare.

190. Decretum occone spingle.

Item eadem die et capitulo quibus supra Rndi ac venles domini qui supra tractan interse de et super iniurijs capitularibus bonis spingla Matis et fctis ac a Mte Regia hitis occone ademptionis deserti ac limitum in eodem deserto fctorum, conclusione aut facta omnes unanimi Morum consensu voto et conformi sententia decreverunt et constituerunt predictas omnes et singlas iniurias coram sua Regia Mte statim post ferias sti Bartholomei apti declarare ac sua Regiam Mtem precare ut sua Regia Mtas suis dominibus talia facere non dedignetur

191. Contra famatum Lucam Markowicz Civem et consulem vilnen occone iniuriarum capitularium per prefatum Lucam Markowicz illatarum

Item eadem die et capitulo quibus supra Reverendis ac venerabilibus dominis quibus supra quorum in medio venerabilis dominus Bartholomeus a Canna Canonicus vilnen suarum dominationum Reverendarum ac venerabilium et capituli procurator contra famatum Lucam Markowicz Civem et consulem vilnensem

sem proposuit verbo pro eo, quia
ipse supervenientes in bona Capitu-
laria sanctuaria certos subditos
capitulares in Civitate vilnensi
Constitutos spoliavit ac illis dam-
na non modica intulit quorum
damnorum producebat regestrum
petens occasione premissorum de reme-
dio opportuno provideri, per su-
as dominationes Reverendas
ac venerabiles quas supra, et
Reverendi ac venerabiles domi-
ni qui supra, omnes unanimi
illorum consensu voto et confor-
mi sententia, contra praefatum
famatum Lucam Markowijcz
Civem et Consulem vilnensem, bo-
norum Ecclesiasticorum invaso-
rem ac spoliatorem immunitati
Ecclesiasticae contradictorem li-
teras citationis sui venerabilis
Capituli dandas fore decreve-
runt quibus supra meque
Andreâ Strzałkowskij suarum
dominationum actorum capitula-
rium et actus praesentis Nota-
rium.

Actus

1554. Aug. 26. Particulare Capitulum
192. actus occone Hospitalis S.
Marie Magdalene, quod Venlis
D. Mgr Valentinus in persona
Honlis Jacobi Sviderski extra
capitulu et sine scia capituli
rora Rmo dno Epo vilnen re
signare volt et intendit

Item eadem die et capitulo quibus supra
Rndis ac Ventibus domus quibus supra
quorum in medio Venlis dus Mgr
Stanislaus Gabrielis Narkusky canonicus
vilnen suarum domum confrater Rmi
domini Pauli Dei gra Epi vilnen et Du-
cis olschanen canonicus per modum relatio
nis proposuit Quia Venlis dominus
Mgr Valentinus a Pilzno canonicus vil-
nen et eccle hospitalis sete ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ Marie Magdalene vilnen
praeptus eandem Ecclesiam seu praepta-
ra hospitalem sancte Marie Magda-
lene in persona Honlis domini Jaco-
bi Sviderski memorati Rmi domini
domini Pauli Dei gra Epi vilnen et Ducis
olschanen capellani sine scientia et
voluntate capituli resignare volt et
intendit, petens super premissis per Rn-
dos ac Ventes dnos rndere et Rndi
ac Ventes domini qui supra omnes
unanimi Morum consensu voto et con-
formi sententia ad hoc consentire voluerunt
Sed ut praefatus Venlis dominus
Mgr Valentinus canonicus vilnen eandem
praeptura hospitalem supra scripta
Judicialiter et capitulariter suscepit
et ad

et ad eandem est Institutus Illam Judiciali
et Capitulariter si vult resignet et eandem
dimittat decreverunt presenti decreto me-
diante et me Andrea Strzatkowsky
actorum Capitularium et actus presentis
Notario.

193. actus occone incarcerationis
subditorum Capitularium Kamenecen

Item eadem die et Capitulo quibus supra
Rndi ac Venles domini qui supra, tra-
ctavit inter se de et super incarceratione
subditorum Kamenecen Capitularium
iam dudum in Carcere existentium
Conclusione autem facta, omnes unanimi
Morum consensu voto et conformi
sententia, attento eo quia subditi predicti
Camenecen incarcerati non in negotio
totius Communitatis subditorum Kamene-
cen sed in suis negotijs privatis atque
iniurijs a fetore loci illius habitis
ad suas dominos Rndas ac Venles
venerunt decreverunt illos esse de
carcere dimittendum ac ad fetorem
Grisskonen ne illis iniurias facere
solusque eosdem iudicare sed ad quod-
cumque Jus unum et alterum virum voca-
re, Litterasque occone premissorum dare man-
daverunt

194. Veneris ultima Men-
sis Augusti

Capitulum particulare per Rndos
ac Venles dnos Joannem de Doma-
now Preceptum Bartholomeum
a Cawna Mathiam Kaleczyczky

Preceptum

1554. Aug. 31. Capitulum Particulare

Preptus Procen. Mgrum Stanislaum Gabrielis Narkusky Rmi domini Pauli Dei gra Epi Vilnen. et ducis Olschanen. Canonicum vel Albertum Grabowski medicinae doctorem Bartholomaeum Sabinum archidiaconum Lublinen. Sacrae Mttis Regiae Phisicum Praelatos et Canonicos Ecclae cathedralis Sti Stanislai Vilnen. in locum solitum Ecclae et Capituli pro tractatu negotiis Ecclae et Capituli Capitulariter congregatos fuit tentum et celebratum

195. Exhibitio lrarum Rmi in Chro pris domi Pauli Dei gra Epi Vilnen. et ducis Olschanen. occone Synodi Provincialis per Rd. D. Joannem a Domanow Preptum V. facta

Item eadem die et capitulo quibus supra Rndis ac venerabilibus dominis quibus supra, quorum in medio Rndus D. Joannes a Domanow Preptus Vilnen. suarum domum confrater Canonicus Vilnen. exhibuit lras binas Rmi domini Pauli Dei gra Epi Vilnen. et ducis Olschanen. unas occone Synodi Provincialis per Rmum in Chro prem. et dominum dominum Nicolaum Dei gra archiepiscopum Gnesnen. Pyotrkoviae celebrandae indictam in se continentem, alteras vero occone concionatoris per memoratum Rmum dominum Epum Vilnen. nominatum et Rndi ac venerabiles dni qui supra tractatum inter se primo de et super praedicta Provinciali Synodo per memoratum

Rndmum

Capitulum Particulare 1554, Aug. 31. 69.

Rmum dnm Paulum dei gra epum
Vilnen illis intimata. Omnes una-
nimi illorum consensu voto et con-
formi sententia attento eo quia sy-
nodus diocesana non est a sex annis
citra vel ultra permissa neque celebra-
ta et quod etiam ad priores multas
synodos provinciales expediebant
et mittebant ac nuntijs viaticis non
~~ac nuntijs ac~~ nil dederant et in hanc
usque diem non habent. Ita ut si legatus
illorum interrogatus fuerit, si quid
